



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**


**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

III. De Angelorum incorruptibilitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

recipiendi se in se ipsa, ac proinde, neque sui ad seipsam similitudinem; vel seipsam, in sui ad seipsam, similitudine fruola omnino ad rem præsentem est: Non quidem, quia albedo subiectum accidentium non est, ut Bubalus respondet, ac contendit, ubi proximè, §. 3; nam quicquid de aliis accidentibus sit, similitudinis suæ ad aliam albedinem in sententia distinguente physice relationem à fundamento, & termino procul dubio recipiet, est igitur prorsus fruola confirmatio. Quia relatio, & similitudo albedinis physica solum esse potest, quæ eiusdem ad seipsam esse nequit, atque in terminis repugnat, non autem intentionalis, ac representationis solum: cum albedo potentia cognoscitiva non sit, quæ sola, intentionalem representationem, & cognitionem obiecti elicere potest, ac recipere. Similitudo autem intentionalis, & representationis solum maxime intellectualis eiusdem ad seipsam esse optime potest. Cum intellectus possit seipsam omnium sententia intelligere, sitque proinde, respectu etiam sui, & potentia, intellectiva, & obiectum intelligibile.

7. Auerrois, Aristotelem arguentis de mendacio argumentum de actualitate omni, cum essendi, tum intelligibilitatis, ridiculum est; & si vim habeat de actualitate intellectiois: quæ, si intellectui natura, & essentia sua respectu sui, vel cuiusvis alterius obiecti adesset, nec in pura potentia, ad omnia intelligibilia esset, cum, respectu obiecti, foret, illius, cuius actualis intellectio natura sua esset: ac proinde, neque esset, ut tabula nuda, & rasa, in qua nihil est depictum (ut de intellectu Aristotelico proloquio circumferatur) cum obiectum illud cuius actualis cognitio intellectus esset, depictum per ipsam formaliter expresse procul dubio foret: & insuper, nec magis alio obiecta intelligere, & de ipsis iudicare posset, quam vnus cognitio, & iudicium, cognitio esse, & iudicium alterius: siquidem idem ipsum intellectus haberet, si natura, & essentia sua actualis cognitio alicuius obiecti foret. Alias vero actualitates, cum essendi in se, tum obiective intelligibilitatis, non nisi per summum mendacium ignorantiam, repugnantiam, & amentiam, negare quis poterit.



QVÆSTIO III.

De Angelorum incorruptibilitate.

Ts 1 Angelorum incorruptibilitas, seu immortalitas essentia Angelorum, non sit, sed eam sequens passio metaphysica, ac proinde essentia Angelorum hæcenus examinata disputationi eorum in suas species &c. diuisionis examen immediate videatur successurum: tamen, quia passio hæc ex generico solum Angelorum prædicato pendet, non autem ex differentialibus specierum quarumque angelicarum prædicatis: & quia specificæ diuisionis eorum examen ipsorum in suas Hierarchias, & choros distributioni inferuit (cuius proinde disputationi illi debet immediate succedere) hanc de Angelorum immortalitate, & incorruptibilitate quætionem post essentia, & simplicitatis ipsorum essentia, à quibus solum eius decisio pendet, proximè subiicimus, ne longius à principiis decidendi collocauerit.

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. II.

CERTAMEN I.

Difficultatum sub quæstionis titulo contentarum distinctio ad directam earum, & expeditam decisionem præmissa.

1. **C**um incorruptibilitas, & immortalitas mortalitati, & corruptibilitati opposita sint, sit ut eodem modis illæ, quot mortalitas, & corruptibilitas dicantur. Secundo cum de creatorum mortalitate, & corruptibilitate, vel de oppositis eorum incorruptibilitate, & immortalitate agitur, agens extrinsecum aliquod, à quo vel destrui semel producta, vel seruari diutius possunt, necessario concernitur, cum enim creata omnia, neque à se sint (vel Deus est, ac subinde essentia sua existit, neque à se non sint, uti impossibilia, & chimæ, quæ proinde seipsis absolute, non sunt, vel sunt à rebus remotæ) extrinsecum aliquid esse necessario debet, à quo sint, quandocumque fuerint: cum ipsorum essentia se ipsa, nec absolute sit, (ut Dei essentia se ipsa absolute est nec à suo esse, & existentia absoluta præcindit) neque seipsa absolute non sit, atque à rebus absolute sit remota, ut sunt essentia, & prædicatis suis à rebus remotæ, chimæ, & impossibilia. Idcirco tom. 1. de Deo vno controuerfia 1. disputation. 2. quæstion. 2. & controu. 3. conceptum possibilitatis præcisiue rerum dixi solis creatoris competere, mediumque esse, & enti necessario Deo, & non enti necessario chimæ, & impossibili (quali contrariè oppositis) immediate contradicere, ac falsus controuersie vltimæ, de prædicamentis ostendi.

2. Cum autem causa, à quibus creaturæ persistencia perduratio, & conseruatio ac subinde ei opposita destructio pendere potest quæ sint: alia causa prima quæ Deus est, & à qua, in fieri, & conseruari creaturæ omnes essentia sua pendet, quæ entia, ab alio, ut diximus sunt; alia vero causa secunda, quæ respectu creaturarum diuersarum, non eadem semper est, sed quandoque (ut in actionibus omnibus, actibusque vitalibus essentia ipsorum) diuersa: sit etiam, ut tam mortalitas, & corruptibilitas, quam immortalitas, & incorruptibilitas creaturæ Deum causam primam, à quo semel producta conseruetur deinceps ac perennet, vel destruat, ac pereat essentialiter concernat: causam vero, vel causas secundas ea solum creata ad sui vel conseruationem, & immortalitatem, vel destructionem, & mortalitatem, quæ vel ab illis earum abcessu necessario, vel saltem naturaliter, pendet, ut conseruentur. Quia vero causarum secundarum actiuitas, & exigentia ad operandum à Deo causa prima, & vniuersali, non solum in esse, sed in operari etiam dependet, creata omnia, quæ à causis secundis dependent, in fieri, & conseruari, à Deo etiam dependere, eo ipso dupliciter possunt: nempe, vel secundarum causarum exigentiæ, & actiuitati annuente, vel præter, aut contra ipsarum exigentiam, & actiuitatem, operante, vel non operante, pro suo libito; ut potest, quod ipsum etiam euenit respectu rerum natura sua permanentium (cuiusmodi omnia præter motum localem, & tempus, quæ natura sua sunt successiua) censentur ea quippe omnia à prima sui productione ius naturale, & exigentiam habent, ut persistant, & conseruentur; licet eorum pleraque agentium aduerfationum actiuitate, & exigentia inducendi contraria possint superari. Quæ autem permanentia contrariis vacant, ut substantiæ simplices

g omnes

omnes subiecto, non educibiles, cum præfatam persistendi exigentiam habeant, non, nisi contra ipsarum naturam semel, productæ, destruentur inde vero curfus sit: ut destructio semel productorum, quæ vel à solo Deo active pendet, vel, & si à causis aliis secundis, tamen non iuxta contrariorum superiorum, & potentiarum exigentiam, facta, neutiquam naturalis sit rebus destructis; sed potius contra ipsarum naturam, ac subinde violenta, & extraordinaria Dei providentia proveniens.

3. Et hæc quidem rerum omnium destructioni, & corruptioni, (sive annihilatio illa, sive corruptio propria sit) conveniunt, quia è generico corruptionis prædicato, seu destructionis rei præexistentis natura, & essentia ad rem præsentem explicanda in primis erit; ut quid Patres, & Theologi de Angelorum corruptibilitate, vel incorruptibilitate, seu immortalitate naturali senserint melius percipiatur, possitque ea in re securior, ac probabilior ferri, sententia est autem annihilatio præexistentis rei independentem à connaturalium, & contrariorum qualitarum dispositione servandæ destructio, quæ & substantiis à subiecto ineducibilibus in compositis, sive totalibus de se, sive partialibus, ut materis proinde, atque rationali animo, in sua destructione necessario evenit, & quantitati, & si non substantia, sed accidens physicum sit, & è subiecto educatur: quia neque à contrariorum agentium, & qualitarum dispositione in sui conservatione pendet, sed quovis contrario agente, & qualitarum dispositione adstante servetur, servarique natura sua debeat, materis cui inest, & ex qua educitur coram. Scio non paucos ex Philosophis quantitatæ destructionem, eo, quod dependentem à subiecto, materia scilicet prima, ut accidentia reliquaeductiva actione servatur eius destructionem nullquam, ad annihilationem, sed ad strictam corruptionem spectare censuisse; sed non ex Aristotelica, & Theologorum præcorum doctrina, ut ex iam dicendis clarebit, corruptio igitur proprie, & strictè dicta, & contra annihilationem diuisa, est rei præexistentis, dependentem à contrariis agentibus, & qualitarum contrariorum dispositionibus destructio, inde enim est, quod à contrariis agentibus, & dispositionibus per eorum actiones inductis possit res illa deficere.

4. Quod ipsum apud Aristotelem constanter est proprie, & strictè corrupti, ita enim habet 1. de celo, text. 120. *Quod corruptum, & in subiecto quodam, & à contrario, & in contrarium, corruptum.* Vnde celum incorruptibile esse probat primo, confirmatque: quia in celo nullæ viæ sunt mutationes, scilicet à contrario in contrarium, & textus 120. ait omne corruptibile principium habere, ut non sit. Nempe materiam contrariis qualitatibus, & formis ab agentibus inducendis subiectam. Item; quia ait: *omne corruptibile generabile, & contra esse,* textus 127. 129. ac sapius ibi, & alibi, textus 140. rationem, cum incorruptibilitatis celorum, tum eius, ad convertentiam effecti his subdit, *corruptibilia enim omnia, generabilia sunt, alterantur autem contrariis, ex quibus constant, &c.* ex qua utriusque prædicati mutua connexionem dixerat, 1. Physicor. textu 82. Materiam primam ingenerabilem esse, & incorruptibilem. Et probauerat. Si enim fiat subiecti aliquid oportet primum, ex quo inexistente fiat: quare erit antiquum fiat. Cum enim materia prima sit, ante ipsam materiam alia prima, ex qua fiat, esse nequit: quare ipsam sive præexistere contradictione admittendum erit, si fiat, sive generabilis, ac subinde corruptibilis, cum ergo vi agentis contrarij formæ oppositæ, sive contrariæ dispositiones, impossibiles cum forma in subiecto præexistente, in subiectum inducuntur, ac

præcedens consequenter, ex ipsaque constant compositum deficient propria corruptione pereant, atque agentis contrarij actio proprie corruptionis dicitur; cum autem non ita, sed contrarium contrariorumque formarum, ac dispositionum agentium secundum est; sed Dei solum non volentis rem præexistentem, quæ ab ipso solo, in fieri, & conservari pendet, destruere, seu nolentis conservare, res perit; eius destructio non est proprie dicta corruptio; sed annihilatio propria.

5. Cum vero utraque destructis præexistentis creaturæ, vel vi actus, in ordine ad quædam potentia, quædam (quæcumque illa sit) dicitur, eaque semel producta destrui proprie possunt, contrarij agentis aut dispositionis actiuitate, vel exigentia, corruptibilia sunt, & proprie dicuntur; quæ vero per agentium, & qualitarum contrariorum corrupticem proprie actionem destrui nequeunt, sed è mero Dei nolentis illa durare servare, ac subinde strictè, & proprie dicta annihilatione, non quidem proprie corruptibilia; sed solum modo annihilabilia sunt, & proprie dicuntur. Sed adhuc rebus præexistentibus, vel iuxta earum naturam, vel præter, & contra ipsarum naturam evenire posse videtur alterutra destructio. Quod si iuxta ipsorum naturam sit naturalis, erit vel corruptio, vel annihilatio, ac potius res naturaliter, seu natura sua annihilabiles, vel corruptibiles; ac si alterutra natura sua, non habent naturaliter incorruptibiles, vel inannihilabiles erunt. Cum autem dicimus aliquid naturam suam corruptibile esse posse, vel annihilabile, non ita debet intelligi, ut aliquid natura sua alteretur petat, atque lapsus genio, & natura, in sui ipsius alterum modo destructionem inclinet, potentiamque sui inveniatur physicæ actiuitatis, & exactiuitatis habet, quam debita procul habere nequit. Non actiuitas: quia sui destructione & non esse, eius scilicet potentia actui deberet coexistere, quod contradictionem involvit. Non exactiuitas: quia implicat etiam aliquid in suum malum (& maximum præferim, quod sui destructio est) se ipso inclinare suspente naturæ, ut de se illud exigere. Hoc principium naturæ suam adeo, & constitutum indicavit Aristoteles, de anima text. 3. ut corruptibilibus sequi ipsa perpetuare impotentibus saltem generando aliud in similitudinem se, conservare, ac sui destructioni omnimodè coexistere naturalis propensionem tribuerit & 1. physic. & 81. contrariis omnibus non appetitum solum, sed capacitatem, seu potentiam realem, physicam, passivam recipiendi contraria, nega; quia alias corrupticis actionis, sui capacia physice essent: quod prorsus repugnanter foret. Secundo quia (ut num. 1. diximus) permanentia creatura omnia è prima sui productione, & existentia in rebus, ius, & exigentiam naturalem viciis gressu, & conservationis habent, ut contra eam naturam sua sicut successiva distinguantur, quæ id iuris & exigentia naturalis non habent, cum fluxa de se, ac fluida natura sua sint; vapore fluxu per essentiam affixa. Vterius quia substantia intellectuales, de quibus in presenti, non, necumque permanentes, sed æternæ beatitudinis capaces sunt, ac subinde æternam à parte post durationem sine qua æternæ beati nequeunt, natura sua concipiunt, cum quo implicat sui destructionem, pro sequenti aliqua successura duratione, natura eorum sua, reposcere: esset enim duplex contradictorium, nempe semper deinceps durare, & aliquando, non durare, seu deficere chimærica exigentia, & impossibilis.

6. Quod adeo verum, exploraturque est, ut quia intellectualis animus noster, & homo etiam capax beatitudinis æternæ est natura etiam sua capax beatitudinis cum corpore, exigere directam unionem animæ cum corpore, exigere directam Aristotel. 2. Ethicor. c. 1. ac nostram mortem, tempus, & statum, separationis animæ rationalis, à corpore præter naturam ipsi, ac nobis esse: Sic enim

ibi ait, ut recitatur à S. Thom. *Quod habemus appetitum ad morales virtutes, ex natura, sed perfectiuntur in nobis per consuetudinem: & in quantum immortalitas est nobis naturalis, mors, & corruptio est præter naturam, & si à naturalibus aliis extrinsecis peragatur, nec possit virtute naturali fieri reunitio animi & resurrectio: quare, & respectu actus virtutis supra naturam sit, non autem supra, ac preternaturalem moralem hominis materialem capacitatem, & quasi exigentiam, sin autem ad animum rationalem, quæ pars physica, & forma hominis suscitandi, & resurrecturi est, & naturalem physicam exigentiam vnionis ad corpus, suam scilicet partem, habet, naturalis erit etiam physice hominis resurrectio, ut docte aiebat, S. Thom. 4. contra gent. cap. 79. scribens, *immortalitas igitur animarum exigere videtur resurrectionem mortuorum futuram*: Nam etsi respectu actus virtutis sit supernaturalis, & miraculosa, mors autem hominis, & animi rationalis separatio, & eius status æterna virtute actus, à qua inducitur, naturalis sit, aut animi rationalis exigentia, & in curatione intrinseca attenda non præternaturalis solum, sed violenta mors hominis & separatio animi à corpore, & in eo statu perfectiora debet censeri: cum enim natura sua attenda, & immortalis animus, ac perpetuus sit; ex quo primum existit, atque pars etiam physica, & essentialis, ei forma (quæ iuxta Aristot. 2. physicor. text. 12. potius, quam materia, natura est) cum corpore, ut compare hominem componens perpetuam etiam cum corpore comparte vnionem physice appetit, & expolice, cui à corpore, vel instantanea, separatio lubinde aduerfetur, ut docte obierat S. Thom. 1. part. 105. art. 7. ad 2. & quæst. 5. de malo, art. 5. corp. ac proinde corpus immortale à cuius vnione nunquam abcederet, si adesset præstandum à Deo foret, ut eius naturali inclinatione, & exigentia satisficeret, quemadmodum, inquit, terra, si eius naturali fini satisfaciendum esse, materia nec rubigine, nec fractioni obnoxia ab artifice pararetur; sed, quia talis non adit accipit qualem, ad eum finem potest præstare: terram scilicet eis defectibus, minus tamen reliquis, obnoxium ita etiam Deus corpus animo aptum, quam optimum ex elementis mixtum potuit, & si corruptioni de se obnoxium, tamen donis, & qualitatis contra corruptionem præuenientem in natura integra, & innocentie statu, quæ tam mala, à naturali aliqua virtute actus peragi, inducere non poterant; & si vitio hominis potuerint admitti, similiterque Dei donis, supernaturalibus post resurrectionem corpora nostra præuenientur, inamiffibiliter tamen, quia status cessauit meriti, ac demeriti & viæ, quæ fufus sanctus Thomas ibidem. Tetigit autem S. Doctor alium, præter naturalem beatitudinis capacitatem, qui passiuus totus est, titulum alium, quem non satis exprefit, & actiuus, nec solum passiuus, est animæ nostræ ad reunionem, & mortui hominis ad resurrectionem, moralis tamen ex bene maleue in hac vita gestis; sed tamen, quia nec opera meritoria nostra æternitatem gloriæ, nec demeritoria æternitatem pænarum meritiua, aut demeritiua valore natura sua merentur, (tamen formale dignitate æterna pænarum in damnatis duratura è iustitia naturali, nec solum legali æterna ab ea puniuntur, ut controu. de incarnat. docuimus) actiuus hic moralis titulus, ad æternæ duraturam reunionem, & resurrectionem natura etiam sua non est, sed solum ad duraturas temporariæ, magis minusve, properum in hac vita ab vnoquoque gestorum valoroso merito, aut demerito maiori, vel minori.*

7. Cum autem permanentium semel existentium (& præsertim intellectualium, eoque titulo æternarum deinceps) natura sua creaturarum actiuitas, & exigentia, aliquando non durandi, Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tom. II.

sive destructionis suæ intrinseca, & naturalis esse non possit, restat solum esse posse naturalem eorum aliquibus ratione capacitatis, seu passiuæ potentie, & materialis, quæ in ipsis continetur. Hæc autem passiuæ, seu materiali. potentia, si de physica potentia loquamur, in eo quod destruendum est, siue totalis simplex, vel composita entitas, siue partialis sit formæ materialis, vel immaterialis animi nostri vnio) esse non potest, quia physica materialis potentia suo actui debet physice & realiter coexistere: nihil autem potest physice, & realiter coexistere sui destructioni, ut nupet dicebamus, & de se patet; quia alias in se physice, & realiter esset, ac non esset simul quod manifeste repugnat. secundo: quia potentia physica etiam passiuæ, & materialis, non est nisi ad sui perfectiorem actum: qui esse eius actualis destructio nequit. Id denique Arist. Physicor. circa. text. 81. contrariis susceptum potentiam physicam contrariorum, quibus destruantur denegat, ac de materia prima, quæ potentia physica materialis, formarum est, ait formam appetere. Sicut turpe appetit pulchrum & semina marem. Ex quo S. Thom. è doctus 1. p. qu. 9. art. 2. ait. Dico autem potentiam passiuam, secundum quam aliquid affe- qui potest, suam perfectionem, vel in essendo, vel in consequendo suam. Restat igitur in nulla creatura destructibili potentiam physicam realem, siue actiuam & exactiuam, dari directè, & per se posse ad sui destructionem, sed indirectè, & ratione partis, qua consistit, qua consistit, non quidem formæ malis sui formæ, sed subiecti, & materiæ, quatenus contrariarum formarum, aut dispositionum, ab agente aliquo inducendarum capax, & receptiua physice est quæ ex ipsa constitutum prius destruitur, aliudque materia cum contraria, forma constituat, inde Aristot. 9. met. text. 2. ait. Patiendi potentia est, quæ in ipso patiente principium est transmutationis passiuæ ab alio prout aliud, & de hac potentia passiuæ dixit corruptibile, principium habere, ut non sit. Cuius potentie passiuæ, ut à contrario in contrarium transeat defectu negat cælo corruptibilitatem, text. 20. Inde etiam 1. physicor. text. 64. longam de principiis concludit, quare manifestum est omne, quod sit (proprie generatione, de qua ibi) semper compositum esse, quod ipsum de omni, quod proprie corrumpitur censere, cum 1. de cælo, text. 127 & 129. g. nerabile, & corruptibile ad conuertentiam dici doceat. Generabile enim, & corruptibile sequantur se inuicem; ex quibus vltius patet, ea solum, quæ composita sunt, & subiectum capax recipiendi contrarias formas, ac dispositiones, à contrariis agentibus habent natura sua ratione partis, materialis, qua constant destructionis suæ principium habere, & potentiam physicam intrinsecam posse: eaque omnia, & sola esse proprie corruptibilia, & generabilia natura sua, immo nihil, quod materia contrariarum capax non constet posse, non solum naturaliter, sed supernaturaliter etiam propriè corruptibile esse: cum corruptio propria nequeat, nisi ratione materiæ contrariarum capax contingere: tamen possit, absolute deficere, à Deoque destrui, & annihilari, ut certam 3. videbimus.

8. Denique dubium non est, quin creata omnia etiam natura sua destructibilia, ab agentibus, siue propria corruptione, siue annihilatione posse extrinsecis à Deo statuent, ut perpetuo durent, indestructibilia, seu incorruptibilia, & inannihilabilia, seu potius nunquam corrumpenda, vel annihilanda constitui. Hoc præter dependentiam dogmaticam creatorum omnium à Deo pro ipsius arbitrio, in fieri, & conseruari constat, ex homine post resurrectionem, in quo, & si capacitatem meriti, & demeriti, præmijque, & pæne æternæ, eo quod rationalis, & liber sit, non attendas, ac subinde ius illud, perpetuo durandi inde cum Aristotele, & Angelico Doctore deductum, numero sexto, tamen post resurrectionem à Dei saltém decreto æternæ.

æternæ duraturum de fide est: quod ipsum de animo rationali eadem fides docet: atque item de Angelis omnibus, siue bonis, siue malis æternitatis à parte post futuræ, eadem catholica fide admonemur independentem ab eo, quod eam natura exigat, vel non exigant sua, id habetur. Plal. 148. *statui ea in æternum, & in seculum seculi.* De celestibus etiam spiritibus dictum de quibus etiam Matthæi 28. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in calis est, ubi mors non erit Apocalypsis 21. Lucæ 10. illi qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent neque ducent uxores, neque ultra mori poterunt: æquales enim Angelis sunt.* De demonibus, ignis æternus paratus à Deo dicitur in Iupiterium æternum Matth. 25. quæ ut minimum, ex Dei præstituto vera esse debent; tametsi ex natura rei æternitas Angelis competat, à parte post, ut infra ostendam: quare ex solilandus est Plutarchus, libro de defectu oraculorum qui vitæ demonum, seu Angelorum novies mille septingentis viginti annis terminum præfixit; ut statim obirent referente Bubalo, ad qu. 50. articulo 1. quæst. 3. difficult. 3. §. 1. versu. Tertio probari potest, & si de facto solum, ac non ex natura ipsa Angelicæ vitæ, sic delirasset. Tota ergo in re præsentem, quæstio Philosophis sapientibus, & Theologis esse potest de naturali intrinsicæ Angelorum corruptibilitate propria, vel incorruptibilitate opposita, ac de eorum propria annihilabilitate, vel inannihilabilitate naturali.

CERTAMEN II.

Angeli natura sua sunt incorruptibiles propria corruptione, adhuc de potentia Dei absoluta.

1. Prima conclusionis præfixæ pars de naturali Angelorum incorruptibilitate, & si non adeo rigida corruptibilitatis Philosophica acceptione à patribus communiter tradatur, immo nec displicetur, sed quatenus effectibilitatem, aut indefectibilitatem naturalem in essendo, significant, universim, siue propria corruptione, siue specialiter dicta, annihilatione: tamen de propria incorruptibilitate Angelorum natura sua, nonnulli Patres videntur locuti, & imprimis, S. Dionysius, 4. de div. nom. longe à med. intellectuales substantia vitam habent indeficientem, & immortalabilem, à corruptione universa, morte, & materia & generatione mundi exgentes. Pende, illa morte materia, quibus ratio philosophica incorruptibilitatis propria, & strictæ mox subijcienda, continetur: item illud generatione: cum enim, quicquid corruptibile proprie est, generabile itidem proprie necessario sit (ut ex Arist. videmus cert. i. num. 4. & 7.) substantiæ intellectuales, seu Angeli, qui de se à generatione mundi à Dionys. dicuntur, atque ingenerabiles itidem incorruptibiles proprie, & strictè dicuntur, atque illud à corruptione universa, non de omni defectu eorum, in essendo, sed qui propria, & stricta corruptio sit dictum à Dionys. aperte suadet. Arhanas, de communi essentia Patris, & filij, cap. de Angelis, sic Angelum definiens. *Animal rationale expert materia huiusmodi dicendus aptum immortale*, illis enim, expert materia, rationem dedit immortalitatis, quæ de eo erat statim dicturus: scilicet propriæ incorruptibilitatis, quæ ex defectu materiæ in Angelo philosophice demonstratur. S. Basilus, in Plal. 44. ait: Angelos, utque senescere, nec adulescere, sed in eo statu, in quo creati sunt, in eo, inquit, perpetuo remanent servata simplici, & eadem immutabili propriæ natura substantia, quia vitæ sum-

plex eorum propria natura substantialis materia caret, ex qua solum mutari, & corrumpi substantialiter, proprie possit, & clarius Sophronius, epistol. recitata, in 6. Synodo act. 11, apponitur act. 13. ubi de spiritualibus substantiis, ait, *val. latenuque dam. moriuntur, iuxta quod scriptum defuncti atque pertranseunt, quod, & si adsoner, potentiam, etiam ita moriendi nega ipsorum naturis, & si statim omnimodam immortalitatem, & preterea incapacitatem naturis eorum nega sensu explicando cert. 3.*

2. Eandem sententiam, eademque ratione tradit Damascenus lib. de decret. & placit. de cap. 7. his verbis, *quod variat corpore, id rationis est particeps, & immortale, ut animus Angelus, Dæmon.* Theodoretus 1. de curat. græcæ canonicæ affliction. dicit, & Angelis faminarum vltim superfluum ait, *si impossibile, qui ut immortales propagantur non indigent, ut incorporei commixtionem non patiuntur, ut generent, vel generentur: quare ingenerabiles natura sunt, ac subinde, & proprie incorruptibiles, consonat sibi in epitomo dionys. de decret. c. de Angelis scribens. Immortali natura hypercanea est generis diuini. Neque enim immortales opus habent, quæ enim ab interitu aliena est, natura non eget incremento. Quo argumento pro Dæmon, ingenerabilitate actua, & passiva, ac subinde propria incorruptibilitate, quæ cum ipsa ad contentiam dicitur vltim Lactant. 1. diuinit. institut. cap. 8. Minus Felix in suo Othm. Aræobius aduers. gent. Tertullian. Clemens Alex. Cyprian. August. & Patres passim deorum apud gentes mæculum, & famineum (exum, & concubæ frequentissima videntes. Possit etiam pro hac conclusione adduci Iulianus Archiep. Toleran. de Orig. tamantæ mort. apud tom. 8. Biblioth. vet. Proven ita hominis in statu innocentie potentiam, non moriendi ab Angelica immortalitate discriminat. Non enim (inquit) eodem modo, quod Angeli considerat, Deus ita, & homines condidisse creaturæ est ut etiam, si non peccassent mori omnino, non possent. Sed ita condidit est bono, ut perfunctum æternitatem munere sine interuentu mortis Angelica immortalitas sequeretur æternitatem beatæ. Id est incorruptibilitatem ex merito haberet, quæ de ipsa ex conditione, & natura sua habuit, ut aliquot beatitudinis æternitatem, quam ex merito, & gratia Dei habet verique. Denique Patres omnes qui Angelis absolutam naturam suam immortalitatem concedunt, cum enim corruptibiles proprie dicti, mortalitas aliqua sit, cui hæc natura sua competere, absoluta immortalitas natura sua competere sine contradictione non possit; immo, cum mortalitas per propriam corruptionem destruitur, notissimaque mortalitas sit, cui hæc natura sua competere immortalitas natura sua nequit, nisi ab ignarissimo, & stolido aliquo affirmetur.*

3. Huc proinde facit etiam descriptio Cæciliæ Lactan. sub Leone X. in huius Bulla posita inuit. scilicet 8. ubi ex Math. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Desinit contra Philosophos asserentes, *de natura animæ, quod sit mortalis.* Naturam animæ non esse mortalem, quod ipsum est, animam naturam suam immortalem. Cum autem id à Christo Domino dicatur, et homines, qui occidere possunt corpus (per causas scilicet secundas vitæ corporis aduersas, ac subinde proprie corruptivæ occisione, ut docet Valsequez d. 1. c. 5. n. 18.) ut nequaquam timendos probet, quia animam non possunt occidere manifeste de corruptione propria, & morte per causas contrarias deductionem loquitur, dum eam negat potestatem, ac subinde dum ex eo loco naturam animæ, seu animam naturam suam immortalem definit, natura sua proprie definit incorruptibilem. Et si autem eo loci nihil in terminis de Angelorum immortalitate, & incorruptibilitate propria definitur, virtute tamen de eis immortalitas natura sua, siue incorruptibilitas propria

propria in se, vel saltem in genere definitur, ibidem dum de animæ uarietate immortalitas natura etiam sua, absolute, ac lubinde, omnis indestructibilis species, siue per corruptionem propriam, siue, per annihilationem, vel prout propriam incorruptibilitatem, significat, definitur. Probatur primo, quia Angelus spiritualis, & rationalis substantia, non minus, imo perfectior, quam noster animus est; ergo quicquid perfectionis animo nostro, qua spirituali, & rationali, siue intellectuali conuenire definitur, virtute saltem, & implicite conuenire Angelo definitur: aut incorruptibilitas propria vel in se ipsa, vel in genere absolute immortalitatis, sub quo continetur, conuenire animo nostro natura sua definitur: ergo virtute, & implicite definitur. Angelis, natura etiam sua, conuenire. Antecedens primum ab omnibus admittitur, admittique debet, ex illo Psalm. 8. *Minuisti eum paulo minus ab Angelis*. Quod de homine etiam Christo, ad litteram dictum uult. Paulus ad Hebræ. 2. qui tamen in donis supernaturalibus maior longe Angelis solum potest, in natura, & etiam quoad animum rationalem, quo constat, debitis esse ipsis minor. Consequentia uero inde ducta inoffenso currunt. Confirmatur: quia Angelis, ut Deum clare videant, lumine gloriæ opus esse de fide saltem implicite censetur (de quibus tamen, nihil tale definitur in terminis est) eo præfisse, quod de homine, eiusque rationali animo, ita definitum est contra B. guardos, & Beguinas, in Concilio Vientiensi sub Clemente V. idcirco Angelos natura sua absolute immortales, quare, & proprie, ac stricte, incorruptibiles, ut minimum, esse fidei saltem proximum, & oppositum temerarium, & erroneum censet Valentia, 1. p. ad q. 30. a. 3. disp. 4. q. 1. pu. 4. §. *quod autem*, atque in fide periculosum. Molina a. 4. quibus (ut & ego) consentit Bupalus, a. 3. quæst. diffie. 1. §. 3.

4. Probatur à ratione vel potius demonstratur conclusio. Id absolute est proprie, & stricte, incorruptibile natura sua, cuius natura, & essentia incapax est proprie, & stricte dictæ corruptionis, seu destructionis corruptiue: atqui Angeli natura, & essentia incapax est, proprie, & stricte corruptionis: ergo natura, & essentia sua est incorruptibilis. Maior est ex terminis euidens. Minor autem clare, & euidenter probatur: corruptio propria, & stricte dicta essentialiter dicitur rei destructionem, ab agentibus, seu causis secundis per contrarias formas, seu dispositiones peragenda: atqui Angelus natura, & essentia sua incapax est eiusmodi destructionis sui ab agentibus, & causis secundis per contrarias formas, seu dispositiones peragenda. Ergo incapax est natura, & essentia sua proprie, & stricte dictæ corruptionis. Minor proxima certa, & euidens de fide patet, & ex loco recitat. Matth. 20. dum inde animi nostri naturalem, siue naturam suam, immortalitatem seu proprie, & stricte dictæ corruptionis incapacitatem deduxit, quod eo loco, à causis secundis, scilicet hominibus, quascunque, ad eius interitum applicantibus, & inducentibus, non posse animum destrui dicatur, quam definitionem & deductionem virtute, & implicite ad Angelos pertinere proxime ostendebamus. Sed quoniam nunc iam sola naturali ratione pugnamus, ita, & minorem hanc, & concilij rationem, tam pro rationali animo, quam pro Angelis cunctis demonstramus. Angelus (& idem est de anima rationali) natura sua est substantia spiritualis intellectualis. Simplex, & incomposita, ex materia omni substantialiter, siue secundum substantiam sumpta: ergo est incapax corruptionis proprie corruptiue. Antecedens quoad incompositionem substantialem Angeli ex materia corporea, non solum est Theologicæ certa, sed Philosophicæ etiam demonstrata, q. 1. & 2. fere per totam de Angelis, non solum, qui de facto sunt, sed etiam de pure possibili aliarum specierum. Similiter de incompositione substantialem Angelorum horum etiam possibilem, ex materia non solum corporea, & indifferente, sed spirituali ostensum est cert. 3. & 4. con-

sequentia uero probatur ex dictis, q. hac. 3. cert. 1. etenim destructio rei corruptiua, seu à causis secundis solum esse potest per inductionem formæ oppositæ, vel contrariæ dispositionis in materiam aliquam naturæ, & essentia rei natura sua proprie corruptibilis, aduersarum formarum, & dispositionum capacem: atque in Angelis nulla est materia capax aduersarum formarum à causis secundis induendarum; ergo nec capacitas ad propriam corruptionem, seu proprie corruptiuam sui destructionem subsumptum antecedens probatur. Quia Angelus nulla materia constat, sed simplex substantia spiritualis est; ut diximus locis citatis: nec partialis substantia est, seu forma, materiam aliquam à qua educatur, immo à qua non educatur, ut compartem, & materiam conueniens, ut citat. cert. 3. & 4. ostendimus: ergo nequit habere capacitatem, ad sui destructionem ratione materie ipsius natura Angelica, per formam, seu dispositionem contrariam, à causis secundis induendam: sed nec ratione simplicis, & totalis naturæ suæ substantialis: id enim repugnat: esset enim capacitas recipiendi contraria quam merito repugnare aiebat Aristotel. citatus nuper cert. 1. n. 5. & 7. ex naturali demonstratione ibidem producta, quod sui destructioni, & non esse, seu negationi sui absolute simul, coexistere Angelus deberet, manifesta utique contradictione.

5. Secunda pars conclusionis titulo certaminis; præfixa expressè uidetur nostri Valquez d. 82. c. 3. §. 1. n. 12. sub fin. scilicet Angelum, nec diuinitus, siue potentia absoluta Dei, & supernaturaliter pro suo à legibus naturæ (ut sic loquar) soluto arbitrio operantis natura sua proprie corruptibilem esse, sed potius proprie incorruptibilem: quia, inquit Valquez. Ipsorum naturæ repugnat, ut à causis secundis corrumpantur, id est, per contrariæ formæ, aut dispositionis inductionem destruantur: quod apud ipsos, & reliquos Philosophos, & Theologos destructio proprie corruptiua, seu propria corruptio est. Id recte quidem probat, sed solum ibi attendit ad extrinsecam actiuitatem agentium naturalium respectu eius. Potest autem Angelus indestructibilis corruptiue, siue incorruptibilis natura sua esse respectu actiuitatis, eorum non autem intrinsecæ capacitatis, ut ab eis destrueretur, si maior actiuitas, potentiorque, ipsis, vel aliis causis, secundis adesset (ut adest Deo) respectu cuius potentia subdit statim esse Angelum, esse corruptibilem absolute: sicut, & ueteres plures de incorruptibilitate, non Angelorum propria, & natura sua & prosus ipsi intrinsecæ, sed relate solum ad actiuitatem extrinsecorum agentium loquuntur sunt; eam ipsis condunt: quia, et de generatione, & corruptione in causis secundis discretum Doctores Aristotelem uiderunt, non autem satis attendunt intrinsecam generationis, & corruptionis prædicata, quæ ibidem Aristoteles posuit absolute, intrinsecæque sunt cuius earum, ac nos cert. 1. notauimus: & quæ respectu actiuitatis diuinæ, & summæ Dei potentia locum habent, vel habere non possunt in rebus earum capacibus. Probatur igitur, absoluta, & propria incorruptibilitas Angelorum natura sua, à quouis agente, etiam Deo, pro suo soluto arbitrio, & potentia absoluta operante. Quia corruptibilitas propria rei cuiusvis ex natura sua dicit, in eius natura capacitatem physicam passiuam, materialem saltem, formas, seu dispositiones contrarias, quibus destruitur, & ratione cuius eius destructio corruptio propria esse potest; atqui natura Angeli eiusmodi capacitatis physica, in se, & intrinsecæ, quare, respectu Dei etiam, de potentia absoluta operantis, repugnat, ut patet ex dictis, n. 4. ergo, nec diuinitus, & supernaturaliter natura Angelica corruptibilis esse potest: quare, & Angelus natura sua est, etiam diuinitus, & supernaturaliter proprie incorruptibilis.

tatem, non sistant, & chimericam, sed veram, & realem dari, ut non conferuntur à Deo, tam certum est, atque est certum creata omnia, pro Dei libito, & arbitrio feruari, destrui absolute posse (quod fidei dogma est, ex n. 2.) atque eo sensu esse mortales non immortales, nec sui destructioni, & annihilationi à Deo repugnantes, sed potentia logica ab ipso annihilabiles, & destructibiles; siue id intrinseca sibi potentia, siue extrinseca solum à potentia Dei habent; de quo subinde disputatio Catholicis sit, esseque solummodo possit. Ceterum eo fidei dogmate statuto, admittique intrinseca rerum essentis non repugnantia, & potentia logica, ut à Deo feruntur, vel pro eius nitu destruantur, de naturali ipsi, ac subinde Angelis, mortalitate, & annihilabilitate, vel inannihilabilitate, & immortalitate Doctoribus Catholicis disputationem esse posse, & ex dicendis clarebit, & ex dictis num. 2. citato, ac de se satis patet. Nam possibilitas, ac non repugnantia absoluta rerum, ipsi etiam intrinseca, ut à Deo cuiusque potentia, vel fiant, aut facta, feruntur, vel, ut non fiant, vel iam facta destruantur Dei omnipotentiam absolutam, non autem naturali physice ipsarum existentie ligatam, coarctatam coordinatam, & quasi subordinatam, & attemperatam, respicit; quare & si ipsarum naturali iure, & existentie physice, earum destructio, & annihilatio adferretur, tamen intrinseca ipsi non repugnantia, & potentia logica, ut à Deo annihilentur, esse absolute poterit: Ac demum S. Thom. Durandum, Caietanum, ac reliquos priores, pro secunda sententia referendos potentiam logicam, ac non repugnantiam, ut Dei absoluta potentia destruantur, productis, semel Angelis non negasse, & solum extrinsecam denominationem, ipsi ab actus Dei potentia esse non docuisse, constat ex eo, quod rerum possibilitatem in pura Dei omnipotentia rebus omnino extrinseca constituitur, Recentiorum referenda sententia primo fuerit, satis clarebit.

4. Secunda igitur sententia docet: Angelos (qui de facto sunt) natura sua annihilabiles à Deo, atque eo adhuc sensu mortales non esse, sed potius natura sua, inannihilabiles à Deo; atque eo etiam sensu immortales; tamen si potentia Dei activa annihilabiles sint, & eo sensu mortales, quin in eis potentia, adhuc passiva, ad sui annihilationis, aut destructionis, qua ratione materia adest, & corruptibilibus. Ita plane S. Thom. 1. p. q. a. 2. q. 50. a. 5. item q. 5. de potentia 2. 3. & 2. contra gent. c. 30. & 35. ubi Ferrata §. si quis autem, Petrus Bergomeni. in concordantiis locor. S. Thom. dubi. 122. Durand. in r. d. 8. p. 1. q. 3. n. 4. Caietan. in r. p. q. 50. a. 5. ubi etiam Bannez, ac reliqui interpretes Dominicani, quibus ex nostris consentiunt ibi Molin. & Valentia d. 4. q. 1. pu. 4. §. Quod autem natura, ubi ait: à Theologis fere certam ex fide iudicari. Soar. 1. de Angel. c. 9. Lessius, de summo bono n. 112. Meratius de Angel. d. 9. lect. 2. Quirous citat. d. 41. lect. 3. §. Vera est secunda sententia, num. 32. Atriaga d. 2. de Angelis lect. 3. 4. & 5. Porro hanc sententiam, ut si dei adversam reiectam quondam ab aliquot Parisiensibus Theologis, non sine stomacho, memoratur à Caietano, ubi proxime his verbis, Dicere autem, quod repugnat fidei, est summa ignorantia, qualis moderno tempore regnare videtur apud quosdam Parisiensis, qui presunt S. Thom. capitulum (30. & 35. ex. 2. contr. gent. suspensum habent. Quod verissimum quidem est, si Angelici Doctoris & citatorum sequacium ea in re Theologorum sententia intelligatur, ut probabilis censura memorata, à Valentia feratur in adversam. Etenim ex citatis antiquis nemo intrinsecam Angelis non repugnantiam, seu potentiam logicam, aut logicam passivam, ut non conferuntur à Deo soluta, atque absoluta sua potentia illos conservare nolentis, & quo secundum se, & essentiam suam termini, & obiecta Divinæ omnipotentie constituuntur, negavit: quam rebus omnino possibilibus 1. p. q. 5. a. 1. & q. 9. atque locis proxime citatis eam Angelis concessit; solumque negavit potentiam phy-

sicam, & realem adhuc passivam, seu physice passivam & subiectivam suæ annihilationis, id quod expressit, etiam Durandus. Non enim (inquit) requiritur in creatura, ut sit potentia subiectiva, ad annihilationem. Ut ipsa annihiletur. Similiter Caietanus, & Ferrata potentiam solum physicam, & realem ad sui annihilationem creaturæ, & Angelis negant, cum in solo Deo esse illam concedunt. Bubalus denique qui potentiam hanc logicam, non seu repugnantiam, ut à Deo annihilentur, Angelis intrinsecam ab antiquioribus assertam negasse videtur, ac de ea admittit Caietanum reprehendisse, solumque potentiam Dei Angelis extrinsecam ad eos annihilandos admittit §. 5. versu. Colligitur quinto, de potentia reali physica aperte loquitur. Siquidem statim versu, Colligitur sexto, ait relate ad absolutam Dei potentiam Angelos natura sua mortales, & annihilabiles esse; in qua propositione, & si aliunde aduersauerit, supponit tamen potentiam logicam, seu non repugnantiam, ut à Deo annihilentur Angelorum natura intrinsecam esse ut §. 2. propositione 1. statuerat, atque probauerat, ac certam apud omnes esse merito concluderat, unde constat immerito etiam Vasquez nostrum c. 2. versu. Eodem modo n. 10. reprehendisse Caietanum, quasi solum potentiam activam Dei à qua creata, & Angeli destructibiles, & annihilabiles denominentur, intrinseca, omni earum potentia logica, seu non repugnantia, ut à Deo destruantur, & annihilentur conclusa admiserit, quam tamen à Caietano admittam fateretur ipse Vasquez c. 1. n. 1. & 2. non minus quam ab ipso Vasquez admittitur: & si hic male realem esse contendat, melius autem Caietanus realem potentiam esse neget. Secundæ igitur huic sententiæ subscribo, quam sequentibus conclusionibus distinctius, atque ab æquivocatione omni liberam trado.

5. Dico primo. Angeli natura sua inannihilabiles à Deo naturaliter, & potentia ordinaria operatur, atque eo etiam sensu immortales natura sua sunt, Probatur ex Concil. Lateranensi sub Leone X. sess. 8. in cuius initio eiusdem Leonis Bulla definitur animi rationalem esse immortalem, per se sentit esse per se corporis formam: id quod Angelo, præstantiori, scilicet substantiæ spirituali intellectus debet convenire: maxime cum eadem, omnino pro viroque sit naturalis ratio inferius subiicienda. Probatur secundo conclusio in terminis, & illatio ab immortalitate, & inannihilabilitate naturali animi rationalis natura sua, ad eandem Angelis concedendam ex synodo 6. act. 11. ubi eam vtriusque natura sua concedit; tamen si eis essentia & natura sua immortalitatem videatur negare, non eo sensu, quo hic accipimus naturam assumit, ut inferius videbimus. Tertio probatur ex Dionysio Areopag. Athanasio Basil. Damasceno. Theodoro, Minutio felice Iuliano Archiepiscopo. Tolitano recitatis cert. 2. & si enim de eorum indestructibilitate per naturam opposita corruptibilitati sensibilibus in terminis videantur locuti, & respectu contrariorum agentium, & casualium secundarum: tamen de omni indestructibilitate naturali, & omnimoda, immortalitate Angelorum, natura sua, & respectu cuiuscumque agentis, etiam Dei, iuxta ipsorum naturam operatur virtute saltem, & æquivalenter loquuntur, cum nullam adhuc potentiam passivam physicam respectu Dei habeant ad suam annihilationem (ut conclus. 2. dicemus) atque, ac respectu agentium naturalium ad propriam sui corruptionem potentiam physice passivam non habent. Quarto probatur efficaciter, ex Cyrillo Alexand. 8. thesauri circa med. ubi nobis putatur ab adversariis, vel maxime, adversus illis verbis, & si Angelus immortalis quadam rei est, per voluntatem, & gratiam salvatoris, sed quia tamen ortum habuit, & esse caput occidere potest quoque, & non esse. Nam qua natura præcipue insunt (ut Angeli naturæ immortalitas) ea respectu creatoris Dei nihil sunt. Quia omnia naturæ iura ex potiori summo suo increata dominio, & iure perfringere absolute, & honestissime potest: quare sicut ignis combustibilis quidem est, sed non Deo, sic etiam Angelus immortalis quidem est, sed

non

non Deo. Quare aequè immortalem naturam suam Angelum, atque combustibilem naturam suam ignem esse docet; & si contra huius actiuitatem naturalem, & prout expedit impedire Deum combustionem, atque contra naturalem Angelum immortalitatem inferre mortem possit. Methodius tandem serm. de resurrectione. *Is, qui ex nihilo fecit, & construxit immortalium naturam nos in Angelos, & missos solum construxit*: quare Angelos ex natura immortalium, siue naturam suam immortales esse docet.

6. Probatur à ratione, (fors demonstratione) naturali conclusio. Angelus natura sua, non solum non petit destrui, sed petit non destrui à Deo, & non annihilari; ergo Angelus natura sua, est à Deo iuxta eius naturam operante inannihilabilis seu (quod idem est) natura, seu iuxta naturam suam immortalis, & si à Deo ultra, & contra naturam Angelus, eiusque naturalem existentiam, (ut potest) operante, sit annihilabilis. Antecedens probatur Cyrilli auctoritate proxima, quia aequè immortalem naturam suam Angelum, atque ignis naturam suam combustibilem sit, dicebat: id est, aequè Angelus naturam exigere semper persistere, & non destrui; atque natura ignis exigit combustionem. Probatur secundo, ex natura, & essentia rerum permanentium. Quidquid permanens natura est, natura etiam sua exigit permanere, ac non destrui, debetque natura sua perdurare, quandiu contrarium agens fortioris existentiae, & actiuitatis in rebus non adest, ac non abest agens naturale, à quo naturaliter debeat conservari; ut lux, à luminoso: atqui Angelus natura sua ens permanentis est, ergo natura sua exigit permanere semel productum, quandiu agens contrarium fortius non adest, neque abest connaturale agens ipsius productum. Tunc sic; sed nunquam potest adesse agens contrarium fortius, quod eius destructionem requirat, nec agens connaturale ipsius conservationi, quod Deus est, abesse potest: ergo natura sua semper durare, atque non destrui, ac subinde natura sua, atque eius naturali existentia attenda inannihilabilis à Deo est, & immortalis. Antecedens ostendimus controuersi. 1. de generat. d. de resistentia: & patet, quia deficiente causa secunda permanentium, contrariarum primarumque qualitarum (v. g. caloris induti in aquam) Deus connaturali concursu, illum conservat etiam, si agens contrarium, scilicet forma aquae, ipsam ad connaturalem frigiditatem, reducere potens, & perentis adit, quod fieri à Deo, nequit naturaliter, nisi iuxta aliquam naturalem existentiam fiat: Nequit autem esse existentia actiua agentis calidi, à quo calefacta aqua fuit, & à quo remota calida conservatur: ergo solum est existentia formae illius, seu caloris induti, qui titulo entis natura sua permanentis ubi primum est exigit naturaliter conservari; tamen quia forma aquae frigiditatem sibi connaturalem actiuitate exigit sua, utriusque existentia attenda, & comparata, utriusque magnitudine, nec in totum calorem conservet, nec in totum frigiditatem induci permittat, ut latius citato loco perpendebam.

7. An vero entia permanentia, sui conservationem generalis permanentiae titulo in successu immediate suae primae productioni, instanti, vel determinato, vel indeterminato naturaliter requirant? an pro aeternitate tota à parte post suae primae productioni? Postremum de permanentibus cunctis docere videtur Ariana citatus sect. 5. versu. *Pro eo dico, & si de Angelo loquatur*, neque enim de eius speciali permanentia titulo rationalis, & intellectui (de qua statim in secunda probatione conclusionis) sed titulo entis permanentis natura sua eius rationis procedunt. Ego vero oppositum censeo: nempe ens natura sua permanens vniuersum, nequaquam sui conservationem per aeternitatem à parte post, suae primae productioni natura sua exigere absolute cum natura sua contraria patiantur, & habeant, quorum existentia, & actiuitate opposita fortiore, naturaliter intereant, nec, nisi eis non adstantibus possint persistere, neque exigere absolute in eorum etiam

praesentia perdurare, sed sub conditione absentiae contrarii fortioris, quam per aeternitatem nec appetere, nec exigere absolute possunt, & quae contrarium patiuntur, & habent; verum quidem est, & etiam permanentia ex quo primum in rebus absolute sunt natura sua, persistant, & conservationem sui, & si non in praesentia contrarii fortioris exigit tamen hoc etiam praesentia absolute exigere, nisi de praesentia, vel absentia contrarii, adhuc tantum conditione, ad sui conservationem exigendam coramando, ut de contrarium agens contrarie forme inductionem praescindendo à contrarii praesentia absolute natura, & actiuitate sua reposita; quod tamen, alterutrum alterius absentiam, & destructionem, quae per accidens ipsius existentiae est, & ei annuat adeo ab dubio succedere: quia nullius rei naturalis existentia, & inclinatio, in malum alterius vllatenus est, sed tota in bonum, & commodum proprium iuxta philosophicum axioma *nil in malum intendens*, operatur: cum de rei permanentis & actionis perditio successu sit à Dei arbitrio, & voluntati natura sua, & per singula instantia natura sua subordinata à Deo donec vel fecus, iuxta creatam existentiam, atque nec eam in permanentibus, tum in agentibus creatis non nisi absolute, & actu existentibus inueniatur, quae ut primo suae productionis instanti sunt absolute in secundo non existunt, sic plane, ut cum primum existunt solum sui existentiam exigere pro secundo immediate successu possint, non autem ex primo illo pro vltiori tertio, quod existentia absolute illorum debet ex parte actus primi procedere, ut ei pro isto annuat vel non annuat in totum vel ex parte Deus: ac sic deinceps vltioribus aeternitate à parte post futura, in eis quae voluerit perennare. Quae in actiua existentia patet, & ad formalem illationem inoffenso extendunt. Probatur secundo conclusio ex speciali permanentia naturae Angelicae intel. etiam, ac subinde volituae, meritisque ac demeritis perinde praeij aeterni capax, quod etiam titulo permanente, non aliquandiu solum, sed aeternae naturae exigere sua ostendebamus, cert. 1. n. 4. & 5. ex quibus constat Angelo semel productum in sui annihilatione, & interitu quandiu non esset, in vltiori duratione violentiam à Deo quodammodo infusi, quandiu non fuerit etiam per totam sequentem aeternitatem, quatenus contra existentiam naturalem perdurans per aeternitatem totam, omnique, & angeli, cuius instantia quam ubi primum existit habuit, in ratione modo explicato, ut in secundo ad tertium, & ex tertio ad quartum, & sic ad vltiorem, & vltiorem, ex immediate antecedenti, per totam aeternitatem successuram formaliter habeat in eius annihilatione, ne fieret violentia continuata; non minus, quam si igni ad passum applicito, & ad comburendum expedito concursu ad comburendum, quem natura sua exigit, ut fornaci Babilonica coniungit Deus obnegaret, sed quoniam formis, & compositis materialibus natura sua permanentibus, ac de se exigitibus permanere, ratione materiae, cui inhaerent, quae intrinsece constant, corruptibilia tamen natura sunt, non actiua, & exacte, sed passiva tantum physice sunt, quia materia contrariarum ipsorum destructionum, constant, vel inhaerent, ut omnimodo inannihilabilitas secundum naturam Angelus, à Deo ac, eo sensu immortalitas statatur, sit secunda conclusio.

9. Angelus natura sua nullam realem, physicam potentiam passiuam, siue subiectum physicum suae destructionis, siue annihilationis, à Deo etiam, abdest. Est etiam omnium Doctorum secundae sententiae conclusio: immo vero solius conservationis suae subiectum reale, & physicum habet. Probatur conclusio aequè clare, atque praecedens, quoad potest eius primam: quia Angelus nulla materia (neque substantia) contrariarum, & corruptibilis actionis capax, substantialem constat, ut ostendimus, q. 2. ubi substantiam simplicem illum esse monstrauimus, & nec substantiam, & natura simplex Angeli potest esse

potentia, realis physica passiva, siue physicum suæ destructionis, seu annihilationis etiam, à Deo subiectum: tum quia nulla potentia physica & realis passiva, nisi ad perfectum, siue ad perfectionem sui, esse potest. Est enim è conceptu partis perfectibile quid, omne subiectum, atque adeo essentia sua, ad sui perfectionem, seu perfectum aliquid relationem potentia physica passiva, physicus appetitus, ad formas est, illaque sicut turpe pulchrum, & famina vitam, appetere materia prima dicitur ab Aristot. 1. physicor. text. 81. à cunctis philosophis, & Sanct. Thom. 1. part. quæst. 9. art. 2. & sæpius atque à reliquis Theologis laudato: destructio autem rei nequit esse eius perfectio: quare neque reipsa, passiva adhuc, physice appetit. Quo argumento Arist. text. proxime citato nullum contrarium contrariæ sui subiectum esse deduxit, ut referebamus cert. 1. n. 7. Tum etiam: quia ut ibid. n. 5. arguebamus, omnis physica realis potentia debet suo actui coexistere: implicat autem aliquid coexistere sui destructioni, & absoluto non esse: ergo implicat aliquid esse realem physicam potentiam, & subiectum physicum suæ destructionis: quare, & Angeli naturam substantialem simplicem esse realem potentiam passivam physice, siue subiectum reale physicum suæ annihilationis, & absoluti non esse, à Deo etiam ipso, provenientis. Cum ergo Angeli naturalem existentiam habeant permanendi in esse, quod primo à Deo acceperint, & habuerint, atque in æternum, modo explicat, permanendi, ac subinde, ut deinceps à Deo non destruantur, & annihilentur natura sua habeant: ac rursus potentiam realem physicam, passivam adhuc, ut à Deo annihilentur, in sua natura non habeant, neque possint habere, ut hæcenus demonstratum est: restat eos natura sua, à Deo, adhuc, annihilabiles non esse, sed potius inannihilabiles natura sua, atque eo sensu immortales: licet annihilari à Deo, ac destrui absolute potentia sua absoluta possint. id quod clarius adhuc (si potest) ex solutione argumentorum aduersantium, vel potius detectione, acquivocationis, cui innotuntur, fiet.

CERTAMEN IV.

Oppositionibus occurrunt.

1. Primum à ratione est. Nequit natura, & essentia Angelicæ, negari non repugnantia, seu potentia logica, ut à Deo destruat pro ulteriori duratione, ad eam, quæ primò producta, & existens Angelus est: atque hæc potentia intrinseca est naturæ, & essentia Angeli, nec solum extrinseca, à potentia Dei ipsam destruiere potens: est insuper realis, & physica in Angelo existente, ergo in natura Angeli existentis est potentia intrinseca realis, & physica suæ destructionis: ac proinde secundum intrinsecum reale, & physicum natura suæ, siue secundum naturam suam intrinsecum realiter, & physice sumptam Angelus est annihilabilis à Deo, & natura subinde sua mortalis. Minoris pars prima de intrinseca, & essentiali naturæ Angeli non repugnantia, nec solum extrinsecus de sumpta, per denominationem à potentia Dei: certa mihi est: illa quippe possibilitas, & non repugnantia creaturarum possibilitum in seipsis, quin aliquid in eis sit, in earum essentia, & natura inclusum, repugnans, & contradicens omni est: quare non est omnipotentia Dei ipsis prorsus extrinseca, sed huius terminus, & obiectum: quemadmodum in obiecto potentie visus visibiles ad visionem præsupposita, & quæ apta in se ipsis sunt, ut à potentia visiva percipiantur, non est pura denominatio à visiva potentia proveniens, nihil, in obiecto capacitatis obiective intrinsece supponens, sed est intrinseca obiecto capacitatis, ut à potentia visiva possit attingi, & videri: quæ quia aliis à colore, & luce deficit, percipi à visu non possunt, ut bene docuit S. Thom. 1. p. quæst. 5. a. 1. & communiter Doctores. Secunda vero minoris pars, Christoph. de Ortega, de Deo Uno. Tomus II.

scilicet in Angelo existente potentiam hanc logicam, seu non repugnantiam, & essentialem possibilitatem realem, & physicam esse (& si à nostro Vaquez citato non probetur, sed supponatur) probatur, quia existentia, creaturarum adhuc, quæ essentia sua metaphysica non existunt, ab earum essentia, & possibilitate realiter physice non differt (ut taceam, ne formaliter quidem in mea sententiâ, si adæquate res, earumque essentia assumatur differre.) ergo implicat creaturam aliquam, quare, & Angelum, realiter, & physice, ac realem absolute esse, quin eius essentia, seu potentia logica, ac non repugnantia, ut à Deo annihiletur, realiter, & realis, ac physica potentia absoluta sit. Totum argumentum, secundum conclusionem impugnatur, quin primam, eiusque probationes, vel leniter tangat: quare toto dato adhuc maneret vera conclusio: scilicet annihilationem contra existentiam naturæ Angelicæ, & subinde à Deo, absoluta, & extraordinaria potentia, non autem rebus, connaturali, vrentem posse solummodo provenire, siquidem illa non repugnantia, seu potentia logica, & si realis, physica, & intrinseca, esse in Angelo producta, & existente admittatur omnipotentiam Dei solutam, & absolutam, non autem, naturæ rerum iori, & existentie legibusque ligatam, concernit.

2. Sed neque secundam conclusionem satis impugnatur, quæ de potentia, reali physica passiva physice suæ annihilationis solummodo negabat Angeli naturæ in esse, & ex qua solum primæ conclusionis, veritati possit aliquatenus derogari, ut ibi præmonui, non autem de reali, quam velis, dummodo physice passiva, suæ annihilationis (præteritum non ordinaria, ut iuxta naturalem rebus providentiam operante) non sit, argumento vero præfato potentiam illam logicam, seu non repugnantiam Angeli producti (& si realis, & physica esset) ut à Deo annihiletur, physice passivam esse, nec probatur, nec probari leniter potest, cum potentia eiusmodi manifesto repugnat, ut demonstravimus cert. proximo num. 9. sed nec esse physicam, & realem, & si non physice passivam eam potentiam logicam, seu non repugnantiam paralogsismi in argumento contenti detectione patebit. Etenim potentia, logica, seu non repugnantia, & possibilitas creaturæ, ut à Deo sit, vel non sit, ad utrumque indifferens est: ac proinde ab utroque scilicet creaturæ absoluto esse & non existentia præcincit: nequit autem præcincidere secundum statum physice, realitatis suæ pro duratione, quæ eam habet: pro eo, enim statu, & duratione alterum extremum indifferentiæ suæ, coniunctum, & secum identificatum habet, nempe absolutum suum esse, & existentiam pro duratione illa, pro qua suum absolutum non esse, siue existentia suæ absolutam negationem pati citra contradictionem nequit, sicuti pro duratione, quæ absolute non est, siue existentia suæ absoluta negatio adest, nequit, nisi implicatorie absolute esse, atque existentiam absolutam recipere. Ad eum modum, quo voluntas indifferens actu primo physico, ad amandum, vel non amandum, seu odio habendum, adiuncto ipsi actu secundo alterius extremi, ex oppositis, atque eius indifferens potestas in actu primo erat, potens ad oppositum eliciendum non manet, quia esset potestas ad coniungendam eam amore eius negationem, vel odium oppositum, quæ esset chimerica potestas, & impossibilis, & quæ proinde pro signo priori naturæ, nec fuit, neque esse potuit: sed solum ad alterutrum extremum ex oppositis seiunctum ab opposito alio eliciendum, atque apponendum. Est autem inter potentiam voluntatis indifferens pro priori naturæ, & in actu primo, ad amandum, vel non amandum, & in actu primo, ad amandum, & non repugnantiam, seu potentiam, indifferens logicam essentia creaturæ, ut absolute sit in rebus, vel non sit, valde notandum ad rem præsentem discrimen: nempe, quod illa non nisi in statu physice realitatis, & absolute existentia voluntati absolute possit competere, ac subinde physica, & realis potentia, ut ab actu

omni realiter præcendit, & sit, ac nominetur; illa vero potentia indifferens creaturæ ad absolutam sui existentiam, vel non existentiam possibilis, cum ei propter physicæ, & realiter, siue in statu physicæ realitatis absolute est determinate, vel determinate non est, non conueniat sed solum pro statu possibilitatis suæ præcise, ac præcidentis ab vtroque, non quidem realis, & physicæ potentia existendi, vel non existendi in se, & a Deo, sed logica, & metaphysica potentia, solummodo est, ac dicitur.

3. Inde etiam constat creaturæ, atque essentia creatæ possibilis, actualement, realem, absolutam existentiam, pro duratione aliqua, non magis potentia logicæ seu possibilitati eius, præcise, & indifferenter, ad existendum, vel non existendum, pro illa eadem duratione posse inferre, quam si non esset immo, non minus illam indifferenter potentiam impedire, quam si pro illa, eadem duratione, absoluta eius negatio adesset; alterutro enim potentia, ad oppositum extremum (siue qua potentia ad vtrumque non fiat) æque impeditur: & si potentia logica, seu non repugnantia, eius creatæ essentia, siue creaturæ possibilis, ut à Deo pro vltiori duratione absolute creaturæ sit, permaneat: quia pro vltiori duratione, nec decreta absolute, nec posita à Deo, eius absolute existentia est, tamen si pro anteriori duratione decreta absolute à Deo, positaque fuerit, absoluta existentia eiusdem creaturæ. Et si enim creaturæ essentia, & possibilitas ad absolute existendum, vel non existendum eadem, quoad intrinsecam prædicatam, sit, atque tenens tempus (extra quod esse, vel non esse in se absolute, nequit) concernit, est diuisibilis, ac non eadem. Vnde constat argumentum, ex identitate reali absolute, essentia, & possibilitatis, creaturæ cum eius existentia petiti, nullam vim habere. Tum: quia absoluta existentia physicæ possibilitatis, seu essentia metaphysicæ creaturæ, siue Angeli, ut à Deo sit, vel non sit, absolute, nec possibilitatis præcise, seu logicæ potentia, ad existentiam, vel non existentiam productione ipsa, qua absolute etiam existit, status non est, nec ipsum vltatenus constituit, sed impedit potius, eius status essentialem præcisionem, ut vidimus, qui nusquam, physicæ realitatis, & existentia absolute esse potest, sed est status intentionalis, & obiectiuus potentialis puræ verificationis ab existentia absolute, & abstracta, non autem physica, & realis. Tum etiam: quia potentia illa logicæ passiva, ut creaturæ, atque (ad rem præsentem) Angelus à Deo fiat, & existat, absolute, vel secus, pro duratione, qua primo producta à Deo est, atque in se absolute existit illa ipsa, quatenus tempus existentia absolute concernit, eadem non est cum potentia logica, seu possibilitate præcise Angeli ad existendum, vel non existendum absolute pro vltiori duratione, ut à Deo in illa conseruetur, quare et si, possibilitas, seu potentia logica seu essentia metaphysicæ, creaturæ, ex identitate, cum existentia absolute creaturæ, pro duratione, qua primum existit, realis, & physica, pro eadem ipsa duratione probaretur, secus, ad existentiam, & productionem absolutam eius à Deo pro duratione sequenti pro qua solum conseruatio esse potest, ac non prima productio, quam conseruatio, qua talis, essentialiter supponit.

4. Instabis inde: ergo potentia logica ad conseruationem Angeli à Deo, existentiam absolutam eius ab ipso, physicam, & realem Angeli pro anteriori duratione importat, ac subinde non pure logica eius potentia est, ut à Deo conseruetur. Respondetur distinguendo antecedens ad conseruationem quoad intrinsecam influxum, quo à Deo seruari in sequente duratione potest, nego antecedens; quoad extrinsecam denominationem, quam hic idem influxus concernit, ut conseruatio sit, ac dicatur, concedo antecedens: & nego consequentiam, de potentia logica existendi, quoad intrinsecam præcise; instabis rursus inde contra primam conclusionem. Potentia logica, seu non repugnantia, ut res à Deo, in secundo instanti fiat, vel non fiat, quoad intrinsecam potentia, & actus, seu influxum, quem concernit à Deo in creatu-

ram, eiusque absolutam existentiam, nihil dicit, nec concernit existentia absolute creaturæ per se, nec æque indifferens, supponit creaturæ, sicut producta, ad sui productionem, vel non productionem vltiori duratione à Deo, atque ad sui primam productionem, & absolutam existentiam in antecedente duratione in qua primo producta à Deo fuit, ac in se absolute existit primo: atque ita ante primam suam potentia illa pure logica, ut produceretur, primo, vel non produceretur, ut nihil exigentia, & determinationis, ad suam primam productionem haberet: ergo semel producta, ac primo producta, nihil determinationis, & exigentia habet, ut à Deo produceretur pro vltiori duratione, & conseruetur potius, quam, non conseruetur: quod rationes pro prima conclusione datas prius euerit. Distinguo potius consequens; qua potentia logica solum est, siue ex vi potentia logicæ præcise concedo consequentiam, qua ad conseruationem proponitur, Deo non solum obiectum conseruandum, sed eius conseruandi modum, nego consequentiam; est siquidem in rebus permanentibus natura sua à sua prima productione, ius, & exigentia physica, & naturalis diutius perdurandi, nisi fortius adit contrarium agens, & exigit oppositum, vel proprium, & necessarium conseruatione ad sui absolutam existentiam abis; ac rursus substantiis spiritualibus intellectibus perdurandi per æternitatem, ut supra vidimus, quæ dictandum, quod à potentia logica, siue possibilitate creaturæ præcise est, ut hæcenus ostendimus.

5. Oppones plurimum Patrum auctoritatem asserentium Angelos immortales gratia Dei esse, non natura. Cyrillus supra aiebat. *Angeli immortales, quædam res est, per voluntatem, & gratiam saluati, &c.* & concludit. *Solus Deus propriè immortalis est, qui naturaliter id habet; cetera per gratiam, sunt immortalia.* & 2. contra Iulianum sub init. cum ex Platone scribentem refert, & tacitus approbat. *Idem quoniam nati essent quidem mortales, & solutis omnibus modis, sanque solutissimi, quod Platoni dictum in Timæo fuisse refert S. Thom. 1. 2. q. 5. ar. 1. arg. 1. Damascenus 1. de fide c. 3. init. Angelus est essentia intelligens, & natura immortalis dicitur consequens; subinfertur immortalitas, non quidem natura, sed gratia, est Angelus, & cetera natura comparatum est, ut quod oritur habet, suum quoque sit aliquando habiturum; solum cum deo sempiternus est, & Bernardus 5. de considerat. ad regem c. 4. sub init. inter alia de Angelis hic: *immortaliter perpetuo non creatus, sed factus, id est, gratia, non natura.* sexta synodus general. seu Concil. Constantinopolitan. 3. sub Agatone Pa. ex epistol. Sophronii, act. 11. approbata in act. 13. habet. *Sensibilia quidem finit temporali supposita; intellectus autem, & insensibilia, hac meliori dignitate dignatus est; & cetera, tenus quidem moriuntur, neque corrumpuntur, nec quod sensibilia diffundunt, atque perierunt. Non tamen sunt immortalia per naturam, neque in eternitatem incorruptibilem transeunt, sed gratia ex largitus est à corruptione, & à morte conseruati. Sic hominum anima permanent immortali: si Angeli immortales perseverant; non natura vera, (sicut asseruit) incorruptam proprie immortalitatem habentis essentiam; sed gratiam à Deo sortita sunt, qua immortalitatem largitur, & incorruptionem eis præstet. Ambros. 3. de fide c. 2. Neque Angelus immortalis est naturaliter, cuius immortalitas in voluntate est creatoris: qua ratione solum Deum immortalis natura sua, esse concludit. Hanc potius rationem denegandi creaturis, etiam celestibus, & insensibilibus, naturalem siue natura sua immortalitatem, camque concedendi Deo soli ex Platone in Timæo proxime recitato, & ex Iustino Mart. lib. question. 9. 1. ceteri Patres videntur didicisse, ita enim hic scribit. *Quorum immortalitas ex alterius voluntate pendet: immortalia esse non possunt, itaque solum Deum immortalitatem habere dicimus. Quod postremum habet ex præf. 1. ad Tim. 6. qui solus habet immortalitatem.* 6. Hæc**

CERTAMEN V.

De mortalitate, & corruptibilitate vel incorruptibilitate & immortalitate Angelis possibilis specie alterius à productis.

6. Hæc tamen omnia infirma sunt, quia ipsa ratione, qua Angelos natura sua immortales recitati Patres negant, solique Deo concedunt, de qua immortalitate naturali loquantur satis produnt. Nempe de ea, quæ omnimodam impotentiam desciendi, in suo absoluto esse, atque intereundi ab alterius cuiusvis etiam absolute potestate; non autem de immortalitate naturali rerum quæ iuxta exigentiam, servatoque iure, & legibus naturæ semel productæ destrui à Deo nequeat, debeatque ulterius servari, quam creaturis natura sua permanentibus ac subinde Angelo, (qui ex illis permanentissimæ naturæ est) competere satis demonstravimus, cert. 3. tamen illa prima naturalis, siue per naturam immortalitatis omnimoda creaturæ omni, (quæ essentia sua ab alio est) repugnet ac soli Deo à Patribus concedatur: vt satis expressit Cyrillus. recitatus cert. 3. n. 5. & omnium assignata ratio conuincit. Id etiam satis ostendunt verba illa sextæ synodi proxima: tum prima *meliori dignitate præ sensibilibus, dignatus est*, & immediate sequentia, ac etiam illa, *non sunt per essentiam immortales Angeli, & animæ nostræ, nec transiunt in essentiam propriam*, id est stricte & omnimode *immortalem*, cui mors, seu destructio absolute repugnet: quod quidem Dei eiusque essentia proprium est quia à nullo in sui existentia absoluta, neque à seipso, pender, eoque sensu solus habere immortalitatem à Paulo dicitur: vt bene explicat Hieronymus. in caput 1. epistolæ ad Titum sub init. & Augustinus. De natura boni cap. 30. quod autem gratiæ Dei, non naturæ, Angelorum eorum immortalitatem Patres idem adscribant gratiæ antonomastice, seu pro gratia redemptionis & ex meritis Christi, sed largius pro gratia creationis, qua indebitè *ipse fecit nos*, & naturæ Angelicæ, naturalem ipsique inditam immortalitatem, & *non ipsi nos*, neque Angeli se ipsos: vt bene Valentia, Bubalus, & reliqui Doctores, qui gratiam etiam creationis concedunt, expressitque sanctus Thom. in 1. d. 26. quæst. 1. a. 1. ad 2. scribens: *Omnes naturales bonitates* (quarum prima, & præcipua, est absolutum esse, & natura cuiusque) *gratiam dici posse, quia gratis à Deo datur*: Quam à Pelagio, & si subdole admissam in Concilio Diophysitano Africanus probauerunt; tamen si aliam vltiorem, & per Christum ad recte, pieque viuendum, & tentationes superandas gratiæ nomine in scripturis intellectam ab ipso vltius debere concedi Catholice contenderint, vt constat ex eorum epistola quæ est. 95. apud Augustinum, quibus & ipse Psalm. 144. his verbis: *Attendamus gratiam Dei, non solum, quia fecit nos, sed etiam quare fecit*, & Hieronymus. epistolæ ad Cyprian. Presbyter. Cum illius (Dei) sit gratia, quod creatus (homo) est, illiusque misericordia, quod subsistit & vivit, nihil boni operis agere, potest, absque eo, qui ita concessit liberum arbitrium, vt suam per singula opera gratiam non venaret. Cui gratiæ acceptioni pro naturalium donatione, consentit etiam Innocentius Pa. 1. epistolæ ad quinque Episcopos. Scio Ambrosio citato loco immortalitatem naturalem soli Deo ab Apostolo attributam à morte peccati, intellexisse: vt idem, quod impeccabilitas, naturalis sit, cuius expositione de immortalitate naturali, Dei, quæ propria adheret Augustinus 7. de Genesi ad litt. c. vii. & 3. contra Maximum c. 12. & Anselm. ad locum 1. ad Timot. cap. 6. & si mortalitatem largius pro mutabilitate, in melius, vel deterius seu à peccati morte ad gratiæ vitam, vel ab hac ad peccati mortem vsurpent: ac consequenter non naturæ, sed gratiæ Dei putent animi nostri, & Angelorum à vita gratiæ ad peccati mortem immortalitatem, seu immutabilitatem: quod conclusioni nostræ nullatenus aduersatur.

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus II.

1. Dixi speciei alterius: quia de possibilibus speciei eiusdem, cum productis aliter ac de productis, sine contradictione philosophari non licet. Secundo de immortalitate, & incorruptibilitate opposita propriæ corruptioni potest esse quæstio, vel de immortalitate, & incorruptibilitate, late sumpta, & opposita annihilationi illius à Deo, quæ valde diuerse sunt immortalitates. Secundo immortalitas hæc postrema (nam propriæ incorruptibilitatis naturalis, siue secundum Angelum illius naturam incapax ille esse deberet, qui natura sua contratio cæat, & corruptrici subinde actioni subesse nequeat) seu inannihilabilitas propria, vel absoluta, & omnimoda, seu repugnantia, vt semel productus Angelus à Deo, etiam absoluta potentia, annihilaretur, vel non absoluta, & omnimoda sed inannihilabilitas à Deo, solum iuxta Angelum illius naturam, & exigentiam eius naturalem, & intrinsecam perdurandi, si semel produceretur; contra quam tamen Deus absoluta sua potentia, & dominio vtens, nec eius iuri & exigentiæ annuens annihilare illum absolute potest, vt de Angelis qui de facto sunt dicebamur cert. 3. Hæc autem naturalis exigentia potest rursus considerari perdurandi indefinitè ad tempus aliquod, est igitur quæstio de immortalitate, seu inannihilabilitate Angelum illius naturalis, siue eius natura, & exigentia: ac iure sua prima productione quæstio attentis: Est an alterutro modo, siue ad definitum tempus, siue ad inde definitam æternitatem à parte post debeat illa Angelis cunctis alterius speciei à productis conuenire: an etiam possibilis aliquis sit, qui natura sua sit transiens substantia, nullatenus exigens vltius durare, sed potius causa sua, (scilicet Deo creatore, vt ipse essentia indefectibilis) adstante exigat, statim, ac primo extitit, perire.

2. Quoad immortalitatem incorruptibilitatis propriæ, siue oppositam propriæ corruptioni non ster Quirios sect. 5. num. 5. censet absolute esse Angelum possibilem natura sua corruptibilem, & obnoxium propriæ corruptioni, & qui subinde natura sua immortalis, seu incorruptibilis minime sit, quia, vt supra vidimus q. 2. Angelum forma, & materia spiritali contrariisque qualitatibus spiritalibus ad formas alias Angelicæ contrarias pervia, & obnoxia constantem, non repugnare iudicabat. Cum autem fundamentum hoc dilexerimus satis, quæst. 2. certam. 2. 1. & 5. satis euerfa inde est, singularis hæc opinio. Confirmatur, quia ipse Angelum è prædicato suo generico pure intellectiuum substantiam spirituale esse fateretur, eo ipso num. 16. vnde omnimodam Angelorum substantialem, essentiam simplicitatem demonstravimus citat. quæstione 2. quare vrgentius, vel clarius, contra ipsum militent rationes, quam contra alios, qui Angelicas substantias, vniuersim aliarum operationum, ab intellectione principia esse posse fatentur. Tertio, & immediatius ad hominem. Ipse enim num. eodem ait: Angelos è supremo, & communi Angeli prædicato, intellectiui, & volitivi, ac subinde capax natura sua meriti ac demeriti, præmijque & gloriæ æternæ natura sua immortales, etiam annihilationem à Deo, ac perpetuos esse debere; quare de naturali ipsorum perpetuitate, & immortalitate, adhuc per annihilationem à Deo quætionem esse non posse.

& 6.

4. Primum axioma *idem manens; idem semper est natura facere idem*, de causa efficiente intellectum (viti in te praesente Doctoribus intelligitur, de naturali solum causa, & ad vnum determinata intelligi, vt verum habeat, & necesse debere, non autem de agente libero, ex arbitrio, & libera, ac indifferente voluntate sua absolute operatore, quale Deus est, quare ex Dei (qui solum agens, & causa particularis Angeli & omnium proprie, & fructe creaturam, & annihilandum est) indefectibilitate in se praesepi perperam infertur absolute creatum quodvis, semel productum naturaliter conservandum: cum in eius conservatione libertatem suam absolute possit, debeatque exercere, quia essentia sua agens liberum, ad extra est, nec minus fit actio ad extra creaturae conservatio, quam eius prima productio, quare de se infertens absolute, nec magis determinatur ad creati effectus conservationem, quam non conservationem Deus absolute est. Hinc fit secundo naturalem creati effectus semel producti conservationem, vel non conservationem, non quidem ex Dei causae suae specialis naturalis inclinatione de se se ad conservationem praerius omissione pensari de-

5. Deum noto, Nihil creatum adhuc fide de-
structionem appetere, exigere, neque in ali-
quod tēdē determinate, aut diūctim, de se ipso
& naturaliter posse: ut vidimus, ceter. n. 7. et
sapientis, cui Aristoteli, totiusque Philologiae,
et Theologiæ doctrinæ insitit Augustinus n. 9. de ciuit.
c. 17. fere toto concludens / *satis apparet quomodo*
refugiat natura non esse; tametsi, quia hoc obesse
sua termino, vel aliunde defectibilis principio con-
textum sit, destructi absolute possit, sed ex poten-
tia voluntatis, siue creatae, siue diuinæ libera libe-
ritate contradictionis, ad suos actus eliciendos, vel
pure, omittendos (quam plane, ut veram hanc
male impugnat Ariaga citat subsec. 2. n. 10. qui
in casu inquit natura voluntatis tendit in omnem
natum actus, que purum nihil est) cum pure illud
omitit, ac lubinde, in non esse, seu malum phy-
sicum. Male, inquam, idem arguit, et bene Recen-
tiorum, quas ibidem refert solutiones impugnet.
Nostrum enim notatum de physica, & naturali in-
clinatione rerum, & causarum naturalium est, que
in ipsis ad malum physicum, cuiusmodi res destructi-
tio est, esse in ipsa non potest, immo, neque in
alio agente naturali, quantumvis contrario, quod
contrariam formam, præficienti (que bonum
physicum est) intendit solummodo inducere: & li-
bi o huius cum alia naturali incompatibilitatem,
citra agentis tamen contrarii intentionem & præse-
ntentem propellat, ac destruat: idem tamen ad agen-
tia libera consequentia non tenet, ut malum phy-
sicum, siue entis physici negationem amare, atque ap-
petere nequeant vel actum physicum pure omitti-
re, neque è contra: quia id libera agentia pos-
sunt, posse etiam naturalia consequens est. Libera
enim agentia bona male physica, vel bonitate ad
conducuntur ad finem, quem amant, vel ad malum
quod fugiunt, vestita prosequi possunt, vel fugere
positiue, atque ab eorum prosecutione, vel fuga
etiā deterreci, ac detineri, prorsusque actum libe-
riam pendere, ac pure omittere, ut diximus. Natura-
lis vero causarum naturalium inclinatio physica, ali-
is vero causarum naturalium inclinatio physica, ali-
is que imitatus appetitus in bonum physica frons-

dam se sumptum est, & in malum physicum fuga, quin hoc bonitate aliqua, illudve malitia aliqua extrinsecus vestitum fugere, vel prosequi possit: quare implicat physicam naturam naturalis causæ, atque entis inclinationem in non esse physicum entis ferri, ac tendere posse, & maxime, in non esse physicum sui: tamen liberum agens, ac per voluntatem operans ferri in non esse, sui etiam actus appetitu elicitu possit, quia bonum & esse physicum tamen aliunde malum non solum non prosequi omissum potest, sed averfari: ergo certum est axioma illud nullum appetitum, siue imitativum physicum, & naturalem in malum physicum, seu non esse rei, seu proprium & elicitum à voluntate in malum qua tale, ferri posse, ac subinde, nec voluntatem, neque naturam tendentem, siue intendentem in malum posse operari, vt omnium philosophorum, & Theologorum axioma fert, nec rem de se in sui destructionem, determinate, vt indeterminatè, & distinctam naturam sua ferri physicè posse. His autem positis resolutio substantiæ physicæ simplicis completæ Angelis cunctis communis, & essentialis (quin prædicatum intellectui, & subinde capacitatis panæ, ac præmij æterni attendatur) nullam naturam sua annihilabilem, ac non immortalem naturam sua esse posse facile probatur, paululum reformato iuxta præmissa notata argumento communi, ac istudem Ariagæ instantiæ oppositæ præveniuntur.

6. Quidquid natura sua permanens absolute est implicat naturam suam esse, non solum fluxum, sed, & aliquando naturam suam defectibilem; atqui omnis substantia essentialiter substantialiter simplex (& præsertim totalis) est substantia natura sua absolute permanens; ergo implicat substantiam aliquam essentialiter substantialiter simplicem (totalem maxime,) esse naturam suam fluxam, immo, & naturam suam aliquando defectibilem. Tunc sic omnis Angelus natura sua, & essentia sua est substantia essentialiter substantialiter simplex, & totalis: ergo implicat, aliquem Angelum esse naturam suam fluxum, immo, & aliquando defectibilem. Consequentia vtrique est legitima. Maior primi syllogismi, per se patet, cum fluxus permanentiæ rei contradicit: ac subinde permanentiæ absolute rei natura sua, eius fluxus natura sua repugnabit: immo & esse naturam suam aliquando defectibilem; esset enim illa permanens natura sua non absolute, sed, ad tempus solum, vt patet, Confirmatur, ad hominem contra Ariagæ, qui permanens quodam (etiam ex iis, quæ contrarium habent, destruique fortiori, eius actiuitate, & exigentia naturaliter, possunt) sui permanentiam, per æternitatem à parte post suæ primæ productionis, absolute naturam suam exigere, & si falso, censetur, vt vidimus, cert. 3. n. 7. quia cuiusmodi permanentia contrariis subiecta non absolutam, sed conditionatam solum, (si fortiori, scilicet, actiuitate, vt exigentia naturali, contraria non adfuit) exigentiam permanenti naturam suam habere possunt: quod si minoris permanentiæ naturalis entia durare, per æternitatem naturam suam requirunt per te; natura sua, exigere sui fluxum, aut defectibilitatem aliquando, siue non exigere aliquando posterioris æternitatis durare, citius absolute omnino permanentibus natura sua repugnabit. Minor æque facile ostenditur. Etenim substantia omnis essentialiter substantialiter simplex, & totalis, nec habet formam contrariam, nec contrarias subinde dispositiones ad illam, cum forma substantialis non sit, nec forma, nisi formæ, posset contrariari, nec materiam, qua essentialiter substantialiter constet contraria formæ, aut dispositionum contrarium receptivum habeat, neque in seipsa, possit contraria, quibus destruantur recipere. vt vidimus supra: quare exigentia prædictæ substantiæ simplicis conditionata, ea ex parte, esse non potest, si scilicet contrarium fortioris actiuitatis, & exigentiae non adfuit: siquidem natura, & essentia sua substantia illa, non solum ab existentia absoluta, sed à possibilitate tota, illud excludit.

7. Sed nec substantia illa fluxu termino de se se

conecti potest: cum motus successus, aut tempus non sit, quæ sola fluxu de se termino essentia, & natura sua necuntur: neque item termino alicui ex voluntate Dei aliquando defecturo connexa substantia illa est natura sua: tamen si eius naturæ ex voluntate absoluta Dei possit destructio contingere. Ac demum, nec pendet substantia illa simplex, totalis, ex causa aliqua naturali defectibili, vt lux à luminoso, quo sublaro, vel impedito, statim naturaliter, perit, quare, nec permanens natura sua absolute est & si autem à Dei libera voluntate realiter, inentionaliter (& si non realiter physicè) defectibili, in sui conseruatione substantia illa simplex totalis dependeat; ac subinde Deo, qui causa seruationis eius, est, adstante, conseruari, destrui absolute possit, vt creata reliqua, quantumuis permanentia secundum suam naturam sint, quia ex potestate, & dominio suo increata supremo eorum exigentia naturali permanendi ultra suam primam productionem potest non annuere; id tamen potentia sua, absoluta, non autem ordinaria, & rerum naturis coordinata, efficere solummodo potest; id, quod naturalem creaturæ exigentiam perdurandi, cui non annuit, non abolet, sed necessario supponit: quare permanentiæ naturali rerum, ea defectibilitas realis intentionalis absoluta voluntatis, seu liberi decreti diuini, à quo natura sua creata omnia, in conseruari etiam absolute pendunt, minime obest, cum supra omnem creaturarum naturalem permanentiam sit, sed solum naturalis dependentia effectus creati in conseruari, à causa secunda defectibili, aut impedibili naturaliter à sua operatione. His vero creaturæ, cum reliquis enumeratis, eius naturali permanentiæ aduersis supra enumeratis, atque à substantia totali completa simpliciter essentialiter substantialiter exclusis, natura sua absolute prorsus permanentem, & subinde immortalem illam, ac non nisi violenter, & contra naturalem eius exigentiam, à Deo absoluta sua potentia, & dominio supremo destructibilem euidenter probatur; quod autem Angelus omnis substantia totalis, & completa essentia sua essentialiter substantialiter, immo, & integraliter sit (vt ad secundam consequentiam in antecedente assuebamur) ostensum satis à nobis est, quæst. 2. quare secundum commune argumentum pro negatiua conclusione, Angeli cuiusvis possibilis natura sua destructibilis, ita explicatum, plene etiam conuenit.

CERTAMEN VI.

Conclusionum vindicatio.

i. Argumenta, quibus eius firmitatem tentabat Ariagæ, & refellebat infirma sunt. Primum de speciebus impressis, & habitibus, & sono natura sua caducis, & deficientibus de se, sine contrariis præsentia, causæ conseruantis secundæ defectu, à qua essentia, & natura sua conseruari debeant, falsum est, species quidem intuitiue, & externæ defectu obiecti pereunt, internæ, & abstractiue, defectu dispositionis, organice, vel capacitatis eius, ad tot species sublineandas: quare aliæ ab aliarum multitudinem, ab organo, vt corpora, à corporibus aduenientibus loco detruduntur. Habitus, non, nisi contrario habitu perire communis Philosophorum sensus est: sonus defectu violenti impulsus abiectionis impressi, ac sensum à naturali aeris inclinatione, ad suum proprium motum, & quietem languescens (vt calor aquæ à frigefactura sua forma) & tandem pereuntis, & ipse paulatim deficit ac tandem perit, quin, natura sua, ac de se in suam destructionem aliquando futuram, distinctam adhuc, inclinet, quod ostendi nuper esse impossibile. Secundo de cognitione fidei destructionis suæ, vt de ipsa

h 3 Deus

Deus reuelasset alicui, negant esse casum possibilem, Moncaeus noster, & alij apud Ripaldam, 1. de ente supernatur. d. 104. num. 3. & meritis quia implicat creaturam cognitionem aliquam sui reflexivam, & repræsentativam esse, sine qua reflexione suam durationem repræsentare nequireret: quare non, nisi per reflexum alium actum, qui natura sua permanens sit, potest cognosci actus ille ex decreto Dei ad annum, & contra ipsius etiam naturalem existentiam defecturus, cum huius defectum ad annum habeat, ut obiectum, quod essentiali sua repræsentatione peringat: vnde neque hinc Angelum natura interitus sui, ut terminum suæ naturalis connexionis, posse habere inferetur. Tertium de igne mixto nostro contrariis semper perit, quibus facile dissipabilis est aëre, fumo & aqua, vel quibus pabuli materia ad formam cineris, cum ignis forma impossibilem disponitur, vnde nec ignem, nec sublimare corruptibile, quidpiam seipso suam corruptionem intendere facile patet. Quartum ex morulis motus grauium in centrum, cuius continuationi ab eius grauitate intrinseca, & præsentia, nullum adeit contrarium, quod obstat, ac subinde actio ipsa motiua de se solum perit, æque est imbellis: Admissis enim absque disputatione digna eius motus morulis, impulsus, quo fursum lapis violentus detinebatur, & medij aeris vsque ad centrum, in quo lapis decorum mouetur, eius motui contrariantur, & obstant: quibus proinde motus illius instantaneæ morulæ, non autem motus ipsius intrinsece naturæ, naturalique cessandi per instantia illa inclinationi, tribui philosophice debent.

2. Præterea (ut bene Quiros aduertit sect. 5. citat. num. 69. atque obseruauimus, num. 4. sub finem) actiuitas creata spaciij, tam loci, quam temporis æque, atque numeri effectum limitationem pati natura sua potest: quare, & continuationis suæ, secus existentia perdurandi. Vnde & grauitas ipsa, ne continuo agat, quandiu adest, ac propterea, per inde pro morulis motus aderit, ac si non esset, cum ad agendum pro illis actiuitas non sit, motusque defectu virtutis actiue cessauit, non quia actio, natura sua, ac se ipsa exigit pro illis deficere, cuius oppositum ibidem ostendimus, & rationem discriminis puræ existentie naturalis perdurandi semper & continuo, à naturali actiuitate rationem satis philosophicam reddidimus ibidem: quintum argumentum Arriagæ erat. Angeli existentia naturalis ad locum limitatur ad tot loci spatia, ac non ad plura, ultra totum spatium, quod illis partialibus constat; ergo ad tot spatia durationis, ac non plura potest, etiam naturalis, eius existentia limitari; & ad pauciora in Angelo imperfectiore, quam in Angelo perfectiore; Difficultatem hanc communem censet Quiros num. 70. & cui omnes debeant respondere ob Doctrinam aliam receptissimam impossibilitatis, existentie rei in duplici loco, & naturali rerum plurium in diuersis durationibus; sed defecit illi addere. Simul, & in duplici loco adequato, ut doctrina illa esset communis, & discrimen à duratione commune, & ad rem exactum sicuti, & ab eo assignato discrimine vbiocationis ad durationis ab eo excogitata faciliorem solutionem, & discriminis rationem expeditius reddo quia naturali existentia Angeli ad spatia loci occupanda, non pure, ex actiua, sed actiua ipsius voluntati subordinata, ad præsentiam in spatio maiori, vel minori producendam: quæ proinde, quoad spatia loci, ut pote actiuitas creata limitari etiam natura potest, ac debet: estque proinde in Angelo imperfectiore, quam in Angelo perfectiore limitatio; existentia vero, perdurandi non actiua, sed pure exactiua, in Angelo est, & quæ actiuam in eius conseruationem Dei potentiam illimitatam importet; & cuius solum limitatione perdurandi spatium posset limitari, ut maius minufve esset, quod natura Angeli, perfectiori, vel imperfectiori deberetur ex parte enim existentie puræ nullatenus actiue nec ad maius,

nec ad minus spatium maior, minorque perfectiori perduraturæ arguitur, vel taxatur, sed solum ab actiuitate, à qua debet natura illa diutius, breuiusque provenire. Patet in materia prima esse imperfectissimam sublimaribus, tamen eius natura sua diuturnioris, immo æternæ: cuius rationem dedimus, certam. 5. num. 5. sub finem, quæ argumentum exarmatur.

3. Obiicies demum, sunt pleraque supernaturalia dona, & qualitates contrario carentes, & causam sui Deum habentes non autem, causam aliquam defectibilem, cuius actioni in fieri & conseruari natura sua subordinentur, nec fluxu de se, & essentialiter termino connexæ; & tamen natura sua sunt à Deo destructibiles, non autem natura sua permanentes & exigentes perdurare; alioquin non, nisi contra earum naturam, & violentem, seu miraculose destrui à Deo possent: æque scilicet, acque igne Babylonij conuersus denegatus, ad comburendum: quod durum valde videretur, scire quod in earum qualitatum conseruatione gratia Dei multum minuitur; nec ampliores, pro ea, quam, pro celorum conseruatione habende à nobis gratia forent. Ergo nihil præstat, secundum nostrum, & commune argumentum, pro Angelorum omnium natura sua indestructibilitate à Deo, quod in his qualitatibus, supernaturalibus plane deficit, ac euacuat. Admittit antecedens ob rationes datas. Quiros citat. sect. 4. num. 64. §. dixi, §. 62. cum Aluarez, de auxil. d. 74. Albeda, 1. p. d. 58. sect. 3. Pennoto, q. de auxil. c. 1. num. 7. Salas. tom. 1. in 1. 2. q. 3. tract. 2. d. num. 70. qui gratiam excitantem, in qualitate supernaturali, natura sua transeunte constitunt; quævis duo primi, (quos sui Dominicani sectantur) in ea intrinsecam, non solum excitationem, sed efficiam auxilij Physicam, plerique moralem cum Albeda constitunt. Pennotus, & Salas, intrinsecam efficiam, ei qualitati negant, ac solum excitationem concedunt; quam tamen etiam negat Quiros, solumque eorum Doctorem autoritate vitur, quantum possibilitatem supernaturalem naturæ suæ transeuntem possibilem generatim admittunt tamen in specie auxilij gratie excitantis male prædicatam illud genericum naturalis fluxus recognouimus, & assignauimus. Admissa vero possibilitate naturalis fluxus in supernaturalibus qualitatibus (quem voce reuert etiam Quiros, & si re admittat, nescio quæ ratione ab auxilio gratie excitantis illud renouere efficaciter possit: cum illud consensus fere flamm eliciendo datum, natumque sit, ac solummodo inferum, quo elicit, vel reiecto, à voluntate citabatur præfusus auxilium; ac subinde, ni naturalis eius permanentia, & existentia perdurandi, qualitates omni supernaturali, necessaria, obstat, videtur, conseruationis defecturum. Secundo disparitas tentata à Quiros, inter creaturas naturales carentes contrario, & habentes causam conseruationis suæ conseruationem indefectibilem, ut permanentes natura sua esse debeant, ac non fluxæ, & inter qualitates, supernaturales, ut eis non obstantibus, fluxæ nihilominus, & transeuntes, natura sua esse possint, nulla est, nec ratio ab ipso assignatur, immo, nec reddi aliqua vero similis potest, præter eas quas ab absurdo, pro naturali fluxu qualitatis supernaturalis possibile attulit, nosque proposuimus. Si autem aliorum præfata in supernaturalibus qualitatibus fluxum naturalem possibilem probent, & si adit ratio, ob naturalem possibilem probent, & fluxus naturalis earum necessaria probatur, & fluxus naturalis earum probatur impossibilis, insufficiens etiam pro naturalibus creaturis, earumque permanentia naturalis eisdem absurdus in supernaturali qualitate deprehensus (cui eadem adest ratio, & pro qua ob ea obijci non tenet) manifeste conuincitur: quorūque specialis ratio, in supernaturali qualitate assignata ob quam, in ea non probet, & creaturis naturalibus deficit (ut probationi eius rationis non officiat) assignatur, ut argumenti oppositi limitatio non teneat.

4. Ea vero à Quirio inuenta non est, nec probabilis inuenitur. Quod enim ait citato num. 64. & 65. Deum, vt causam particularem (quomodo respectu qualitatis supernaturalis se gerit) Dominium connaturale: æque in suas actiones liberas, earumque suspensionem habere, æque creatum, quod dicitur liberum agens, quin absoluta extraordinaria, & causæ vniuersalis potentia, & dominio vtiatur: Vnde ait iuri hæc, & Dominio Dei, vt causæ particulari non minus attendere Deum debere, quam causarum particularium secundarum exigentis: vnde fit rursus, vt, cum ius hoc Dei causæ particularis liberæ præstantis, fortiusque sit quauis exigentia creatæ qualitatis eius supernaturalis, vt à deo conferretur, connaturaliter Deus, eius conseruationi abstinebit, ac sine vilo miraculo, æque ac si rei cuiusvis conseruationi concursum subtrahat suum ad præsentiam agentis contrarij præstantioris, ita concludit, num. 71. argumento Ripaldæ respondens. Cæterum ex tota hac doctrina colligitur primo: ipsum rem qualitatis supernaturalis naturæ suæ transiens, & fixæ, quam in Dominio, & aliis citatis reprehendebat reiciebatque num. 64. admittere tandem, folisque vocibus ab illis vitiole recedere: etenim nulla exigentia naturalis earum esse potest, vt conferretur in præsentia contrarij agentis particularis potentioris, atque adeo in his, quæ illud habere naturæ suæ possunt, naturalem existentiam perdurandi, & conseruationis suæ, non quidem naturalem absolutam, sed conditionatam solum sub conditione absentia contrarij actiuitatis, & exigentia potentioris admitti posse obseruabamus contra Ariagam, cert. 3. num. 7. quod certius est, cum naturæ suæ ens permanens fortius contrarium, & præsens, & absolute existens essentialiter respicit, vt in præsentia: atqui per te ius connaturale, & potentius Dei, vt causæ particularis, ad destructionem qualitatis, supernaturalis adest semper: ergo nulla vniquam, exigentia naturalis in ea qualitate esse potest, vt conferretur, ac præderet: ac subinde, transiens ac fluxa, naturæ suæ, & re & nomine erit. Vrgetur, quia ea subordinatio, subiectio, & dependentia à Deo, vt causæ particulari, intrinseca, & essentialis physice, ac metaphysice naturæ qualitatis supernaturalis est, ergo eius naturæ deficit, si Deus causæ particularis ipsius, cuiusque dominum fortius, ad eius destructionem, quam exigentia qualitatis ad sui conseruationem addit: ergo ea qualitas ab intrinseca naturæ suæ conseruit, atque assert negationem conditionis, sub qua exigere potest conseruari, nempe absentiam potentioris agentis, ad suam destructionem: ac subinde nullam potest habere existentiam naturæ suæ conseruationis.

5. Rursus exigere rem aliquam naturæ suæ præsentiam contrarij, & simul rem eandem naturæ suæ sui conseruationem omnino repugnat: est siquidem exigentia, vt naturaliter conferretur in præsentia contrarij fortioris ad suam destructionem, quod est exigentia, & conatus ad aliquid impossibile: quare absoluta chimerica, exigentia, & prorsus impossibilis. Item exigentia agentis potentioris ad sui destructionem est exigentia suæ naturalis, & connaturalis destructioni, quippe ad præsentiam agentis contrarij destructio cuiusvis præexistens est naturalis, & connaturalis; destructio autem rei exigentis, vt naturaliter, & connaturaliter conferretur contradicit connaturalitati destructionis: ergo altera exigentia alteri contradicit, neque qualitas supernaturalis citra contradictionem conuenire potest. Dices dominum, & ius voluntatis, & arbitrii diuini ad decreta sua concipienda, vel omitenda de qualitatis illius conseruatione, ac subinde ad illa pro suo arbitrio conseruanda, vel destruenda, non esse contrarium magis, quam proficuum qualitatis conseruationi à Deo: siquidem ex illo Dominio in actu suæ voluntatis æque potest illam qualitatem conseruare, ac potest destruere: quare, etsi adit necessario ius illud diuinum, illudque

exigat naturæ suæ qualitas illa, vt id à quo essentialiter petit conseruari, ali fortius contrarium destructiuum sui nec supponit, nec assert, nec exigit, sed dominum, & ius indifferens ad sui vel conseruationem, vel destructionem, cui naturæ suæ subicitur, quo argumenta proxima cessant. Cessant: sed destructione rationis disparitatis, à Quirio reddite qualitatis supernaturalis, & naturalis. Etenim libertas Dei, ac dominium ipsius, in actus suos liberos potius, & præstantius, quam cuiusvis agentis liberi creati, non competit ei qua causæ particularis est, sed qua primum præcipuum, ac summum liberum est, nec aiter eius omni potentia, qua particulariter concurrebat arbitrio Dei subditur, quam subdatur, qua concurrebat, vt causæ vniuersalis: nec particularitas concurrendi, diuina omnipotentia, libertati alteri Dei ab ea, quæ ipsi competit qua primum agens liberum est, illam subicit. Imo ius & Dominium Dei, qua liberi in suos actus, ac subinde creatos effectus titulus obiectiuus, & motiuum ab ipso necessario attendendum, vt decretum de rei effectione concipiat, vel omitat, nusquam est, sed dominium reale physicum elicentia, vel non elicentia realis intentionalis suorum actuum voluntatis, vt patet in dominio arbitrii nostri, in actus nostræ voluntatis vel eorum omissionem, ad quorum alterutrum potestas physica voluntatis est, ex qua sola physice supponit, nullatenusque vt motiuo, & titulo deliberationis obiectiuo propoita, sed eius prorsus immemores, ad actus physicam elicentiam, vel eius omissionem procedimus.

6. Confirmatur quia, si is titulus iuris ac dominij diuini in suæ voluntatis actus, & inde oriundos effectus creatos, vel eorum omissionem (contra id quod in nobis experimur) naturali quauis exigentia creatæ præstantius proponi Deo ad deliberandum de actibus suis vel eorum omissione necessario deberet, cum ius illud, vt causæ etiam vniuersalis libera connaturaliter habeat, illud etiam ad omissionem decreti concurrendi, & concursus negationem contra causarum naturalium existentiam deberet attendere: quod, cum præstantius, fortiusque longe earum existentia sit connaturalissima esset concursus quibusvis causis naturalibus denegatio, nilque miraculi in denegatione concursus igni Babylonico intercessisset, neque ia vlla posset intercedere, immo, si ius illud & dominium in suos actus, (etsi non ex necessitate) absolute in denegando concursu, ac debitis naturæ rerum, vt titulum obiectiuum & motiuum fortius earum existentis naturalibus, posset Deus, attendere, nullam suspensionem concursus cum causis naturalibus, nisi ex Dei reuelatione (quæ de nulla extat) miraculosam, ac non potius connaturalem esse, sine temeritate asserere possemus: cum ex consideratione motiui illius fortioris Dominij sui potuerit Deus concursum denegare. Dices Deum, vt causam vniuersalem, esse naturæ auctorem, ac naturæ legibus additum, ac subinde eis non stare, nisi extraordinaria miraculosa, ac non connaturali prouidentia, minime posse. Contra quia, ex eo quod Author naturæ, vt causæ vniuersalis Deus est iuri illi suo supremo, & connaturali agentis primi liberi non renuntiauit, cum naturam condidit: ergo, si hoc potest attendi à Deo, vt fortius, ac prævalentius existentis cunctis naturæ creatæ, vt debitorum ipsi denegatio connaturalis, ac non miraculosa censetur, denegatio concursus, & cuiusvis debiti naturæ toti creatæ connaturalis absolute, & non miraculosa esse potest contra. Contra secundo, quia Deus causæ vniuersalis est, non solum naturæ creatæ & entium naturalium, sed supernaturalium: ergo, si ex naturæ creatione, legibus & iure naturali, etiam naturalium, stare iuxta prouidentiam, & ordinariam, & naturalem, debet non attento supremo iure agentis primi & summi liberi, & legibus, ac iuri eorum supernaturalium stare debet. Nec præstat: etiam respectu entium

entium supernaturalium, esse causam non solum vniuersalem, sed particularem, cuius proinde iuri, & dominio libero debeat attendi: Primo quia, ut nuper dicebam, ius & dominium libertatis diuinae idem ipsum est siue, se solo, ut causa particularis, siue cum causis secundis aliquid producat. Secundo, quia materiam, primam, & Angelum, ut causa particularis producit, & conseruat; ergo, si titulus causae particularis efficit, ut ius, & dominium fortius, & potius creatis exigentiis summæ suæ libertatis attendi debeat ab ipso ad debitam alias naturæ rei conseruationem connaturaliter, ac citra miraculosam prouidentiam, denegandam, citra miraculum, & connaturaliter materia prima, & Angelus destrui à Deo potest: ac subinde, & hic destructibilis, naturaliter, & mortaliter erit, contra dicta. Obuium statim, menti cuius, hoc, nec satis, à Quirós solutum, dum ait: Deum esse Angeli causam particularem simpliciter quia eius prima etiam creatio, ad naturam, intra quam continetur, spectat, ac subinde eius productione, naturæ legibus se obligat Deus. Contra primo; quia tota ratio causæ, particularis simpliciter totalis in Deo est, quod se solo, ac sine interuentu causæ secundæ, cuius actiuitati, ac exigentiæ annuat, producat effectum, quam nulla causa secunda, partialiter adhuc, posset efficere, id in creatione Angeli, eiusque conseruatione conuenit Deo: ergo conuenit Deo esse causam Angeli particularem absolute, & simpliciter.

7. Quod non abolutionem, sed confusionem, & implicationem difficultatis addit, (nempe Angeli naturalis entis primam productionem ad Deum, ut naturæ auctorem spectare, ex qua proinde, iuri & legibus naturæ stare ordinaria prouidentia debeat; contra quod fieret si Angelus natura sua permanens, exigensque sui conseruationem, ac subinde extraordinaria, & miraculosa prouidentia, à Deo annihilaretur quod, nec difficultat, ex dictis impugno, & si enim prima Angeli productio ad Deum auctorem naturæ spectet, non tollit eum esse causam particularem simpliciter, & absolute, ut nuper dicebam, atque inde ius speciale causæ particularis summæ liberæ habere, & preualentius iuri & exigentiæ naturali Angeli, ut conseruetur (& si quia entis naturalis creatio & conseruatio Angeli est, supernaturales non sunt) ac proinde, si ius illud causæ particularis, ac preualens ad eius destructionem iuri conseruationis suæ in Angelo attendatur, non secus ac causæ secundæ ad cuiusvis effectus destructionem valentioris, naturalis, & ordinariæ prouidentia Angeli destructio erit, & si naturalis entis destructio sit, si quid tua ratio probat. Confirmatur quia ideo Deus tenetur ordinaria prouidentia seruare entia naturalia, permanentia ubi ea primum produxit, quia produxit in ipsis exigentiam, & ius naturæ suæ, ut semel producta, ac deficiente contraria alterius actiuitate, atque exigentiæ fortiori, & valentiori ad eorum destructionem, seruentur: sed, cum primum producit qualitatem supernaturalem non fluxam de se se, sed permanentem, producit in eius natura ius, & exigentiam, ut absente contraria valentiori ad eius destructionem seruetur; ergo æquè connaturaliter, & ordinata lege alterutrum absente potentiori contrario, ex prima cuiusque productione conseruare tenebitur Deus, & si alterum naturale alterum supernaturale sit (in supernaturalibus enim ordinariam, & extra ordinariam prouidentiam iuxta quam Deus passionem entis supernaturalis debitas concedere teneatur, & quam non, nisi extraordinaria, & miraculosa prouidentia æquè, ac si suas entis naturali denegaret, concedit Pater Ripalde, citato, numero septuagesimo primo: quo discrimen illud de naturalitate Angeli spectantis ad naturam, æqualitate supernaturali non spectante ad naturam (quod nunc impugnamus) merito de-

ferit. Vel ergo ius naturale causæ particularis, ac summæ liberæ Dei, ut preualens ad destructionem, iuri supernaturalis entis ad sui conseruationem debeat attendi, atque ad compensationem venire, ut eius destructio naturalis, ac non miraculosa, & extraordinaria prouidentia conseruetur, vel non debeat attendi: si possetur: omnino naturalis erit qualitas illius conseruatio, ut non, nisi miraculosa, & extraordinaria prouidentia eius destructio contra te. Si autem attendi debeat ius potentius Dei causæ summæ liberæ, ut connaturalis, ac non miraculosa, & extraordinaria prouidentia eius destructio sit, cum idem ipsum ius causæ particularis respectu Angeli, & materie primæ Deus habeat, iuri naturali, eius ex prima productione quædam preualens, æquè connaturali ac non extraordinaria, & miraculosa prouidentia Angeli, & materia prima destruentur: æquum enim est, per te, supernaturalia ad sui conseruationem ex prima sui productione adquirunt, & quod iure Dei causæ particularis vtriusque spectent, denique quidquid de hoc sit. Per te (ut nuper retulimus, ex numero 71.) ex iure naturæ entis supernaturalis ad suas physicas passiones temetis eius, & earum causæ particularis Deus sit, non, nisi extraordinaria, & miraculosa prouidentia, denegati illa à Deo potest: æquum æquum ius naturæ qualitas, & entis supernaturalis est prima sua productione ad sui conseruationem, atque ad suas physicas passiones habere: ergo, & si Deus causæ particularis eius sit, non, nisi miraculosa, & extraordinaria prouidentia negati à Deo potest eius conseruatio.

8. Certum igitur sit, quod noster Ripalde, tomo secundo, de ente supernaturali disputatione 14. sectione 3. docet. Nempe productam semel qualitatem super naturalem ex iure ipsi est prima productione adquisito conseruandam naturaliter, & indestructibilem naturæ suæ esse, nec ulli extraordinaria prouidentia, & potentia absolute Dei destrui posse; quare negandum est respondentis oppositi antecedens cuius ratio est: quia in omni prouidentia ordinaria tam circa naturalia, quam circa supernaturalia, siue à solo Deo producta, & producibilia, ac subinde, ut à causa particulari ius solum, & exigentiæ contrariæ semel productæ, & contrariam creaturam eius destructionem machinantem attendi à Deo debet, non autem ius libertatis diuinae suæ, ut causa particularis effectum ad ipso solum producibilem producat, & conseruet. Deus, siue ut causa vniuersalis, creatis ius concursu, & cooperatione sua iuret, ut habemus dicta satis ostendunt: ius quippe, & dominium libertatis diuinae, in actus voluntatis suæ liberos, & effectus extrinsecos ab eis pendentes, siue ab ipso solum, siue in conseruatio causarum creaturarum faciendis, physicum, est idem ipsum quoad omnes, nec ipsi ad eos edendos debet esse motum, ut eo honestissime vitatur: sicuti, nec nobis, sed illa motiua extrinseca præter Dei potentiam physicam, & libertatem, qua physice pro sua physica potestate vii pro libito potest; cui, si Deus ut motu attendere deberet, cum omni exigentiæ rerum, & causarum naturalium preualens, nec minus iuris, & potestatis huius in effectum à causis secundis, quam à se solo edendos habeat, nihil esse in externis siue actionibus, siue effectibus, siue ponendis, siue afferendis, & denegandis prouidentia extraordinaria, & miraculosa foret, quod si dicas: plura Deum in sui superni dominij libertatis, & potentia ostendit, efficere, vel denegare, ut scriptura, Petres, & Theologi, docent: ostensio quidem eorum attributorum diuersum, quid ab eis est, & tunc etiam extraordinaria prouidentia Deum ut cum illi attendis, ij omnes facientur: quare in

ordinaria providentia, non eis, sed solum creatorum existentia attendere Deum posse, simul docent. Absurda illa à Quirós deducta, absurda non sunt, sed omnino in bona Philosophia, & Theologia admittenda, scilicet; æque miraculosam esse destructionem qualitatis supernaturalis permanentis & existentis natura sua sui conservationem deficiente contrario valentiore, ac denegationem concursus Babylonico igni: Gratia autem Dei nihil minuitur, dum gratia dona, non aditane contratio conservat: cum enim ea primo donat, & eius naturam producit, eius etiam conservationem, in naturali providentia donat: quemadmodum, & bonum opus nostrum gratia Dei deputatur, in radice congrue vocationis à Deo donatur, vt Augustinus aiebat, & gloria ipsa, quæ meritis ex ea oritur debetur, vltiorum contritorum valentiorum amotio, ex qua ius perdurandi prævalat ad connaturalem eius conservationem Dei, vltiori beneficio debetur. Ac tandem existentia illi ad conservationem annuere, cum non annuere absolute Deus posset, gratia Dei absolute est.

CERTAMEN VII.

De essentiali Angeli possibilis immortalitate, seu incorruptibilitate, de potentia adhuc absoluta Dei.

1. Angelos omnes natura sua, ac iure ipsius ex prima sui existentia, & productione quæsto attento, atque secundum ordinariam providentiam à Deo indestructibiles hætenus ostendimus; & si absoluta Dei potentia, & providentia, destructibiles, eaque sensu mortales sunt, ac destrui absolute possint: iam vero vltior inquiratur: vtrum Angelus aliquis speciei alterius à productis, non solum ex natura ipsius iure, & existentia naturali permanenti, (cui tamen pro suo Dominio, & arbitrio annuere, vel non annuere possit Deus) immortalis, & indestructibilis, potentia etiam, & providentia absoluta, & extraordinaria Dei esse possit? in qua quæstione multum pulueris (non multo Theologiae fructu) excitatur à Recentioribus, qui in eo examinando tori laborant: an creatura aliqua absolute indestructibilis à Deo esse possit, ac semel producta omnino indestructibilis: multisque suppositionibus, instantiisque hinc inde conquisitis, & motis affirmantes doctores, inviliter ad præsentis quæstionis affirmatiuam decisionem, probare contendunt: siquidem eorum, quæ adducunt pro quæstione illa generali falso, & implicatorie inducuntur. Tum etiam: quia, vt in creaturis, quas à Deo etiam indestructibiles absolute contendunt, verum haberent; non statim in natura Angelica, speciei valde ab ipsis diversæ, repugnare posset facile ostendi: solumque inferretur, id Angelis, è præfco creaturæ prædicato non repugnare, & si repugnet illis ex alio. Non secus, ac si ex possibilitate immo existentia creaturæ substantiæ corporeæ rationalis in homine, equum rationalem esse posse, vel de facto esse, contendentes, quia ea, quibus rationalitas in homine non repugnat in equo etiam sunt.

2. Vt autem clare disputatio, & decisio quæstionis, & universum de omni creatura, & in præfco materia de Angelo, an essentia sua à Deo omnino sit indestructibilis procedat; adverte: esse quæstionem de conservatione necessaria à Deo, cuiusque voluntate, non quidem

ex eo, quod simul, & vnico affectu, non solum primam eius productionem, sed vltiorrem creaturæ illius permanentiam, & conservationem per subsequituram æternitatem decernat; cum tamen posset eius primam productionem decernere, quin decerneret eius vltiorrem conservationem: tunc enim immortalis quidem, & indestructibilis à Deo creatura illa esset, non quidem essentia sua, & omnino absolute, sed ex suppositione decreti liberi Dei de eius conservatione, cui ex immutabilitate sua nequit Deus contraire; ita enim quousque etiam creatura incorruptibilis ex decreto libero Dei, de ipsius conservatione esse potest, est autem quæstio: an creatura aliqua, vel Angelus, talis naturæ, & essentia esse possit, vt, licet in prima sui productione à Dei libera voluntate pendeat, ac subinde mediate vt minimum, in sui conservatione, quæ sine sui productione esse nequit, tamen necessario decretum liberum Dei de eius prima productione non possit non esse vel formale, vel virtuale saltem, conservationis creaturæ illius decretum, quia necessario, & absque nouo exercitio libertatis diuinæ decretum de eius conservatione ex decreto de eius productione prima, indestructibiliter à Deo concipiendum sit. Durius quippe longe esset, & irrationabilius, ac periculosius, asserere absque decreto vltio Dei de eius conservatione in decreto ipso de eius prima productione formaliter contento vel saltem virtualiter, creaturam persistere essentia sua, & necessaria conservari.

3. In hac quæstione noster Arriaga, r. parte, tomo secundo, disputatione secunda, sectione 1. numero tertio, §. *Agens de duratione in physica*, quod in ea docuerat de possibilitate creaturæ essentia sua, ad omnem durationem possibilem, & imaginariam extensæ, ac subinde æternam, ex suppositione, quod semel existerit primo, ita retractat, vt ab autoritate Patrum falsum esse dicat, rationi vero pure stando reputet verum: quare iudicium Patrum modeste proprio præfert iudicio: discursum vero eorum immo & scholasticorum omnium pene proprio postponit. Patres quippe, & scholastici non, nisi subiuncta ratione, & cunctis quidem communi, efficacissima oppositam conclusionem tradunt; cum tamen ipse satis leuibus instantiis suam à ratione, conclusionem stabilire contendat, vt inferius videbimus. Ad rem autem præsentem in specie: Angelum essentia sua in æternum ex tempore, quo creatus primo à Deo fuit, duraturum, vt destrui sequenti vlla duratione diuinitus nequeat, possibilem absolute fatetur, tamen illis, qui de facto sunt, neget. Noster etiam Ioannes Martinon. l. p. d. 6. num. 34. præcipuo, & implicatorio argumento à nobis vltimo loco diluendo, à cognitione supernaturali fidei petito, concedit possibilem esse creaturam (nempe supernaturalem illam fidei cognitionem) essentia sua, non solum æternæ à parte post temporis, quo cepit, sed etiam à parte ante, & ex æternitate, si ab æterno, (vt fieri à Deo absolute potest) produceretur, de Angelo vero (de quo in præfco disputamus) id minime asseruit; immo virtute negauit: cum ex essentiali, & speciali illo prædicato cognitionis supernaturalis fidei (quod nequit Angelo essentialiter competere) id in ea solummodo possibile admiserit.

4. Porro, vt veram quæstionis huius decisionem radicemus, atque omni ex parte firmam statuamus duplex conclusio statuenda à nobis est. Prima circa possibilitatem, vel impossibilitatem creaturæ essentia sua indestructibilis, ac perpetuæ ex quo primam condita fuerit independentem à libero vltioris conservationis decreto Dei. Si enim, id sit impossibile Angelo (de quo nunc agimus) ex suo prædicato generico, sicut & creatis cunctis, reliquis repugnabit. Secunda, de possi

possibilitate, vel impossibilitate, Angeli speciali essentia sua, ita indestructibilis omnino, & perpetui ex quo primo existerit, ac fuerit primo à Deo creatus, ex prædictis Angeli specificis, & peculiaribus, nec speciei alteri creatæ convenientibus. Si enim etiam inde repugnet duplici ex capite impossibilis Angelus eiusmodi demonstrabitur: atque postremo hoc, licet creaturæ alicui prædicatum essentialis omnimodæ indestructibilitatis, & perpetuitatis, non repugnet, Angelo omni repugnare conuenietur.

5. Dicendum est primo. Repugnat creaturæ de creaturæ prædicato essentia sua indestructibilis à Deo esse, & perpetuam, ex quo primum producta libere à Deo fuerit, atque esse absolute cæperit, independentem ab ulteriori Dei, decreto libero de eius conservatione, vel supposito, vel subsequuto. Conclusio est ab scholasticis antiquis, omnibus, vel supposita, vel expressa apud nostrum Dionys. Petaviu, to. 1. dogmat. Theologicor. lib. 8. c. 2. est etiam scholasticorum Recentiorum ferè omnium. Vazquez, tom. 2. in 1. d. 182. cap. 3. §. 1. num. 11. sub init. ubi oppositam erroneam esse dicit: cuius censuræ subscribunt Montinos, 1. 2. d. 7. quæ. 2. num. 37. Ysambert, disp. 2. de Angel. art. 3. Francisc. de Lugo, disp. 1. c. 3. num. 9. esse autem de fide hanc communem nostram conclusionem, (ac subinde aduersam hereticam, siue hæresim formalem) docent. Soar. 1. de Angel. c. 9. num. 3. Tannerus, 1. parte disputation. 5. quæst. 1. sub. 3. & Ioan. Præpositus, 1. parte quæstione 50. artic. 5. dubio 1. §. *Dico tertio*, & si expresse censuram non ferat, quatenus Damascenum, & alios Patres negantes Angelis naturam suam immortalitatem hoc sensu explicat, essentia sua, non solum exigant à Deo, eiusque voluntate conservari semel producti; sed habeant: atque sententiam nostram sensu eodem contineri sexta Synodo act. 11. in epistola Sophron: approbata act. 13. illis verbis. *Angeli immortales perseverant non propriam immortalitatem habentes per essentiam, sed gratiam sortiti sunt à Deo, qua immortalitatem largitur*. Sumitur ibi immortalitas pro incorruptione, & natura immortalis pro incorrupta, seu non destructa, ut de animo rationali intercalatum, eo loci habetur, & tandem Valentia, citata disputation. 4. quæst. 1. punct. 4. sine, Arrubal. dispntat. 151. Galpar Hurtado, Alarcon, & nostri reliqui cum Dominicanis Thomistis Recentioribus, 1. parte, quæstione 51. art. 5. hanc etiam tenent conclusionem, atque fuso examine Quiros citata sect. 4. à numero 44. quare appositam temerariam, ut minimum, censeo, à quo iudicio Arriaga non abest: cum meliora Theologicæ sapiens ob Patrum autoritatem non posse oppositum sustineri dixit. Hæresim autem esse non video. An vero erroneum, ac fidei per consequentias aduersum, ex rationibus subiiciendis doctus quisque poterit facile iudicare.

6. Ex Patribus probatur apertissime, & constantissime: Hæc enim constans apud ipsos propositio est, ut propriam Dei, & creaturæ incommunicabilem, immortalitatem per essentiam explicarent. *Quacumque initium sumperunt, & finem habere possunt*. Irenæus, 3. aduersus hæres. cap. 8. Cyril. Alex. 8. Thesaur. cap. 2. Damascen. 2. de fide cap. 3. Epiphani. hæres. 76. Hieron. in cap. 3. ad Ephes. Fulgent. de fide ad Petr. c. 3. Richard. de S. Victor. 1. de Trinit. cap. 4. atque creatura omnis essentia sua initium sumit, ergo essentia sua finem habere potest. Sed nihil, quod essentia sua finem habere potest, potest esse essentia sua immortalis & indefectibile, in esse, ut ex terminis, patet: ergo nulla creatura immortalis essentia sua esse potest, idque evidenter, ex hoc Patrum axiomate inferitur. Secundum Patrum axioma, vel idem potius aliis verbis traditum est. *Omne quod est ex nihilo mutabile est in nihilum*. Quod ipsum est potest habere finem, atque in nihilum, seu non

esse sui reduci; ex quo idem argumentum super effermatum eadem firmitate, & euidencia innuitur. Traditur autem conceptis verbis axioma hoc ab Athanasio, orat. contra gent. Cyril. Alex. VIII. Thesaur. citato Augustino de natura boni, cap. 1. Anastasio Synaita orat. 1. Tertium, seu potius, secundum Patrum axioma est. *Creatura, non natura, sed gratia Dei immortalis esse*. Traditur à 4. synodo nuper citata, & fulius, cert. 4. num. 1. etiam pro eodem axioma recitamus Cyril. Alex. ex citato loco Thesauri 1. & 2. contra Iulian. ubi ex sententia Platonis in Timæo, Damascen. ubi prope Bernardum, 5. de considerat. ad Eugen. 4. sub init. implicat autem gratiam illam alicui fieri à Deo, in eo, quod præstare, vel secus eius libere potestati non subest, sed ex necessitate, ac reuoluit (ut aiunt) præstiturus: ergo conservatio creaturæ non confertur à Deo ex necessitate absolute, sed potius ex illam conferendi, vel secus absoluta potestate, vel libertate. Dicitur: ei loci, non dici confertur à Deo gratiose absolute conservationem, ac præseruationem ab intellectu, sed immutabilitatem: quod verum in aduocationem sententiarum siquidem natura creata essentia sua immortalis à Deo libere produci non negat. sed non esse bene productæ creaturæ illius possibilis conservationem ulterius liberam Deo, & gratiosam creaturæ productæ. Dixi nuper ad locum sextæ synodi immutabilitatem pro incorruptione, & negatione interitus actualis, non autem aptitudinali solum, ubi, vilius pari, ut ex textu integro recitato citat. 4. num. 1. patet, qui de animabus rationalibus & Angelis est, & de illis dicitur *permanere incorrupti*. De his pro incorruptis Synonymie immortales perueniunt, id est, incorrupti, & Cyril. loco citato ex Platone quod de immortalitate aptitudinali, seu in potentia, sed in actu exercito expresse loquitur: aut enim de Angelis. *Essi solubiles, sed nequaquam fluamini*, cum latone, & sanè cum eis communis loca de Angelis, qui de facto sunt, ac de facto possunt, Patres recitati, eo num. 7. loquuntur. Si ita eos interpretæ Angelos, & creaturas, quæ de facto sunt essentia sua immortales, & à Deo absolute indestructibiles hæretice asseres contra 1. Machab. 2. sapientie, 11. & alia plura apud Alestem p. 1. 3. n. 4. & nostros Gillium, 1. p. lib. 2. tract. 1. 1. 1. & Petaviu, supra.

7. Hæc porro testimonia id plane euincunt. Patres scilicet omnes, si de creaturis, quæ de facto sunt, loquantur; cum tamen creata, quæ sunt essentia sua immortalia, atque à Deo etiam absolute eius potentia prorsus indestructibiles, non ex specialibus eorum prædictis, sed ex generalissimo creaturæ prædicato negent, & quod subinde creatura omnia possibilia coercent, ac transcendunt, eandem eundem creatis possibilibus idipsum denegare ob repugnantiam eius cum prædicato illo generalissimo & creata omnia essentialiter transcendenti evidens est. Verum huius repugnantie ratio non ita facilis, neque eadem à nostris (qui rem hanc subtilius fustigant alii examinarunt) ostenditur. Supremum quippe dominium Dei in creatura (cui enim vult noster Quirius insitit) cum ex natura rei, tum à patre Domini civilis, & politici nostri, nil euincit. Etenim eius naturæ & essentia creaturæ illius vius liber possibilis in eius creaturæ prima productione, in qua eius conservationis vltus, vel formalis, & explicatus, vel implicitus saltem, & virtualis esset, contineretur: quæ admodum, & in dominio nostro civilis vius destructionis rei talis est naturæ, ut de cætero omnes vius reddat nobis impossibiles: cuiusque donatio nobis seruationem sub dominio alterius liberam nobis non relinquit: immo, non aliter libera est, nisi quatenus libera nobis donatibus donatio fuerit quædam (quod ad nos attinet,) necessario conseruationis, ex necessaria dependentia, conseruationis instat, ex necessaria dependentia, nec solam etiam, seu creaturæ in conseruati, sed im-

sententiam, & representationem esse admittat: quia secundum se, atque seuncta à subiecto capaci, quod per illam obiectum cognoscat, atque esse affirmet itare, sine suo obiecto nempe perpetuitate sua, cuius essentialis representationis formalis est optime potest; est quippe (inquit) velut mortua, dum subiecto, quod per illam cognoscat, & iudicet, non inheret, & concrete cognoscens, & iudicans non constituit. Falsa solutio, & intelligibilis, atque intelligibiles tandem doctrinas de connotatis ad liberos Dei actus scientiae, & voluntatis, in hoc authore satis à nobis repraesentatas controv. 4. de volunt. illa autem vox, *mortua*, de visione illa in abstracto, in animis vox, ad rem praesentem est, & si enim vitaliter cognoscens, nisi cognoscitum subiectum informat, efficere nequeat, aut ipsa viva, & viuenda formalis, & expressa sui obiecti; & perpetuitatis suae representationis essentia sua est: quod si destrui potest, nec ipsa suo obiecto essentiali, suae scilicet perpetuitati, conformatur, non solum falsificabilis (quod refugit) sed falsa etiam est; est enim representatio essentialis suae indestructibilitatis omnimoda, quae in ipsa parte non est: ex eo autem, quod res est, vel non est, ut iudicium, & propositio fert, ac repraesentat, propositio, & iudicium verum, vel falsum Aristotelico axiomate ab universa philosophia, & Theologia est, ac dicitur: quod quidem de cognitione, & iudicio secundum se, & abstracte, ac non in concreto sumptis, dictum est, & si, id minus aduertens, Quiros ita responderit.

11. Primam etiam solutionem, de impossibilitate reflexionis scientiae, & cognitionis creatae supra seipsam, necessaria, ut visio supernaturalis, vel fidei, vel beata, sui essentialis perpetuitatem, & omnimodam indestructibilitatem repraesentat, ut falsam refellit, idem Quiros numero 30. Primo quia certam doctrinam de absoluta cuiusvis creaturae destructibilitate à Deo non satis firmam, in philosophia adhuc, doctrinam inniti vult: immo, ex certa Theologica scientiae reflexione supra seipsam satis sperte confutata. Nescio quibus fundamentis impossibilitatem reflexionis scientiae creatae supra se ipsam, ab aliis viderit assertam, ut id, tanquam acutissime infirmum, sine disputatione, ac pertransennam dixisse satis, ad repulsam iudicauerit. Scio autem nostra ex multa cognoscendum omnium etiam sensibilibus observatione deducta non vidisse. Ut enim rem non demonstrent longa disputatione opus illi fuisset, ut refelleretur; ex eisque videret à reflexione scientiae diuinae supra seipsam ad reflexionem similem in scientia creatae nullam omnino paritatem deduci posse, sed solum apertam repugnantiam: igitur ex impossibilitate reflexionis supra se ipsam in creatae cognitione aliquam etiam supernaturalem intrinsece in falsificabilem, (ut supernaturales omnes fidei cognitiones iudico) suae perpetuitatis essentialiter, representationem ac subinde essentia sua perpetuam, & prorsus indefectibilem esse posse nego. Instat Quiros saltem mediatam reflexionem cognitionis supernaturalis supra seipsam, in qua totum argumentum instaretur, negari non posse. Potest quippe esse cognitio fidei supernaturalis ex Dei reuelatione de nulla cognitione alia destruenda nihil de sua perpetuitate asserens: insuper haec cognitio potest reuelari à Deo, & fidei cognitione supernaturali cognosci: quae, cum in prima cognitione directa supernaturali de perpetuitate omnium cognitionum, praeter directam contineatur, nequit non perpetua esse ex vi & connectione veritatis infalsificabilis directae illius cognitionis supernaturalis: sed vnde colligit Quiros, secundae huic reflexae esse essentialis perpetuitatem, & in destructibilitatem, absolutam, quin supponat probandum? etenim reuelatio, & actus fidei de perpetuitate aliarum omnium cog-

nitionum praeter ipsam, vel est de perpetuitate earum extra essentiali, atque ex libero Dei decreto, de eis omnibus, & singulis perpetuo seruandis, cum omnes possent pro libito, & tempore, quo vellent, destrui: vel quia omnes, aut aliqua saltem earum essentia sua indestructibilis absolute, ac perpetua esset: si primum: postrema cognitio reflexa actus fidei directi de nulla cognitione praeter ipsam destruetur, da, ut pote, in obiecto huius directi actus contenta, perpetua quidem erit non autem essentia sua, sed ex libero Dei decreto ut lateris, nec aliter perpetua esse inferri poterit. Si autem dicas primum: Deum scilicet reuelasse nullam cognitionem semel productam (praeter directam fidei, quae ea veritas cognoscitur) esse destruendam, quia vel omnes, vel saltem reflexa illa sua supra directam hanc perpetua, atque indestructibilis absolute natura, & essentia sua est: supponit aperte, quod probare debemus, nec solum falsum, sed impossibile esse dicimus, & plus satis demonstrabimus tom. 1. com. de scientia Dei reflexiua vix supra seipsam, non sapere (ni semper) his Recentioribus corrigi, quibus ad reuelationes, & actus fidei, ut singulares in variis materiis opiniones inducere rectius est frequens.

12. Dico secundo, implicat, Angelos essentia sua immortalis & omnino indestructibilis absolute à Deo. Probatur primo, ex conclusione prima haecenus demonstrata: quia implicat creatura essentia sua immortalis, & absolute indestructibilis adeo: atqui Angelus omnis creatura est: ergo implicat Angelus essentia sua immortalis, atque adeo absolute incorruptibilis. Probatur secundo: Quia implicat absolute creatum essentia sua necessario alicui parti (nondum partibus omnibus) determinate durationis imaginariae respondere, & coexistere, quod physica duratio essentia sua non sit (id quippe est physice & realis durationis essentia, in vltimus, atqui Angelo repugnat reale & physicae durationem essentia sua esse, ergo repugnat Angelo respondere essentia sua omnibus, & angelis partibus durationis imaginariae, & prima sui productione per aeternitatem successuram, quae est necessario coexistere. Minor probatur, Angelus essentia sua est substantia physica, & ut substantia physica repugnat essentia sua esse accidentis: ergo esse durationem, essentia sua, quae atque, atque praesentia accidentis est. Minor de se patet: Nulli enim essentia sua accidens physice esse potest; quamquam vnum ex Re. rationibus, quae vanae umbras persequi ingenij loco reponunt, de ea subdubium, & si diluculo magno labore, disputantem, eique examinanda instantem viderim: an scilicet substantia, & accidentis physice possint realiter identificari? Tertio probatur, quia ut id possibile admittamus: ex eo conceptus creaturae suae durationis Angelo, identitatem: potius fieret inconseruabilem à Deo, per duo instantia (ne dum per futuram aeternitatem) Angelum essentia sua indivisibilis esse debere: cum quavis duratio creatae indivisibilis essentia sua indivisibili durationis imaginariae sit affixa, & necessario pro frequenti pereat.